



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Christophori Longolii Lvcvbrationes

Longolius, Christophorus

Lvgdvni, 1542

Christophori Longolii Epistolarvm Lib. IIII. Christ. Long. Mariano Castellano
S.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69441](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69441)

homine, qui P. Alcyonij in facie Aristotele Latino erata Bononie colligeret. Nunc illud adiicio, ea iam edita esse, & huc missa cum hac inscriptione, Errata Petri Alcyonij in interpretatione Aristotelis, à Ioanne Genesio Sepulueda Cordubensi collecta. Hoc, si tibi uidebitur, Alcyonio significabis, aut per alios certe denuntiandum ei curabis. Sed si bene te noui, ipse tu denuntiabis, ut hominis ad tantæ contumeliae nuntium, uultum uideas: quod unum sane spectaculum tibi magnopere inuideo. Nunquam enim is ex oculis laborabit, qui tum eius frontem spectarit. Hanc epistolam simul atq; legeris, uelim concerpas, aut ita ut ne unquam emanet, comprimas. Vale. Patauij, x. Calend. Apr.

CHRISTOPHORI LONGOLII EPISTO= LARVM LIB. IIII.

CHRIST. LONG. MARIANO
CASTELLANO S.



VODETRIGINTA circiter diebus ad superiores tuas literas rescripsoram, cum alteras à te accepi: sed eodem penè exemplo datas. Tantum enim in his modo de cessatione mea quereris: de qua me tibi iam satis purgatū arbitror, si quidē proxima mea ad te epistola tibi est redditā. Panegyricos tuos uelim luculētius et accuratius descriptos mītas. Quos enim habeo, ne ipse quidē eos possum legere aut etiā intelligere: adeo sunt mēdosī, et rustica nescio cuius librarij manu

B 2 non

non tam descripti quām discerpti ac plane corrupti. Nam ut omnium quas ad te & Lælum maximū dedi, literarū exempla mihi curares, tecum saepe egi, nec quicquam adhuc profeci. Quare cum id quoq; diligenter curabis, tum uero Lælum ipsum cohortabere, si quod mittat, non sit aliud, hoc ipsum saltem ut scribat, qui sit hoc tēpore Augusti nostri uultus, quæ oratio: quæ nā istic de Hadriano nostro expectatio, quæ hominū opinio. Hic enim certe nobis de ipso pollicemur omnia, quē iā multis seculis unum rite atq; ordine, sine ullo omnino uitio Pont. Maximū factum esse omnes prædicat. In eius Pontificatu omnes à me spem ponni uolūt: nec equidē habeo nullā, sed nō tantam, quātam uulgo uideor debere: nō quin apud illū uel cōmune ciuitatū nostrarū uinculū, uel linguae societatē, uel quādā literarū cōiunctionē, uel patris mei memoriā, uel etiā quod ipse apud Philippū Caroli Cæsarīs patrē puer uixerim, ualitū rū putē plurimū: sed quod id haud ita labore, qui, ut probē nosti, cū incredibili quodā tenear otij & literarū studio, tū etiā si minus natura, iudicio quidē meo, & ratione quadā ab omni regali comitatu abhorream. Sed ueniat in Italiā modo. Tū enim quid nobis capiēdū sit cōsiliū, uidebimus, ac tecū etiā deliberabimus. Bēbus noster etiā nunc Venetijs est, nudius deniq; octauus lōga illa et graui quartana liberatus. Simulatq; se ad nos cōtulerit (quod quidē paucis diebus futurum speramus) salutabitur à me tuis uerbis diligēter, quod itē officiū tu in referēda Petro Cafarello salute, mihi uelim istic præstes. Quæ apud Insubres aguntur, quæq; sunt acta, multorum ad uos literis & nūtijs perferri nō dubito. Quid autē futurū sit propter incertos bellorū exitus, dictu est difficile: sed tamen res in proximū discriminē uidetur adducta. Nam neq; Mediolani magnos esse

esse commeatus intelligo : neq; eo sunt Galli ingenio , ut
aßidendo quām pugnando malint uincere . Ita fore suspi-
cor, ut alteri fame coacti, finiendo belli cupiditate alteri, de
summa rei prælio decernere festinent & approparent.
Quod si continget, lugebit, mihi crede, uictor , unus au-
tem communis omnium hostis Turca triumphabit. Vale.
Patauij, VII. Calend. Apr.

CHRIST. LONG. OCTAVIANO

GRIMOALDO S.

Cum mihi antea minime satisfaciebat Marcilius, quod
nihil ad literas rescriberet meas, tu uero lecta epista-
la tua, ei grauiter succensui, quod ipse idem tuarum ad me
literarum cursum tandiu impediuit. Quid queris? dabit
mihi poenas. Nondum dico quas, aut quādo : sed dabit ta-
men opinione sua & citius & grauiores. Ipsum nō scribe
re toties inuitatum? Eundem tibi scribere cupienti esse im-
pedimento? Neutrum impune feret: idq; uelim ei meis uer-
bis denuncies, extra iocum. Tu posthac non quid alij cu-
piant, sed quid ego à te expectet, fac cogites. expecto
autem septimo ad summum quoq; die tuas literas, etiam
ut nihil magnopere sit quod scribas. quanquam hæc eius-
modi sunt tempora, ut epistolæ argumentū tibi deesse non
possit. Sed de his nimium, & sæpe & multa. De rep. Ha-
drianus igitur noster in ultima adhuc est Hispania . Atqui
maturo eius aduentu fore sperabam, ut si minus pax orire=
tur, bellū certe ex Italia depelleretur. Scis enim quantū is
apud Cæsarē & gratia ualeat & autoritate, apud Gallos
sanctitatis opinione, & Pontificatus maiestate . Profecto
siquis est qui extorquere arma possit ex manibus iratorū
regū, Hadrianus noster est: qui cū pacis sit cupidissimus,
& uir omni laude ornatus, tu uero ea est & potestate &

B 3 autoritate

autoritate præditus, ut eos ipsius arbitratu armæ depositus
ros esse non desperē. Sed aduentu eius opus est, & in ipso
Pontificatus domicilio Romæ commoretur oportet. Vix
enim credas quantū transalpinæ gentes urbis nomini &
dignitati adhuc tribuant. A principibus istis omnes tene-
ri, & iādiu tritas esse pecuniae vias sciebā:tā immane istic
existere ambitū plane nesciebā. Sed hoc cōmune est rerū
omniū publicarū uitium. Instruendæ classis consiliū ualde
probo: nec quid tamen quadraginta triremes aduersus tre-
centū profuturæ sint, video: nō sane magis quam qui obſi-
dionis illius futurus sit exitus. quāquam si uera sunt que
scribis, Cæsariani Gallis neq; opibus neq; copijs cedunt,
& sunt ipsa populorū bencuolentia munitiores, ac ducū
suorum prudentia uigilantiaq; multo superiores. Gallos
equitatu & militū gencre firmiores esse audio, & ad dimi-
candum paratiſsimos: quibus se tamē initia parū prospere
dederunt, amiſis uno ballistæ saxo, duobus simul clarissi-
mis uiris M. Antonio Colūna, & Camillo Triuultio. O-
mnino uix tanti Gallis esse debuit Prosperū ipsum capere
& Mediolanū expugnare, ut illis in tanta talium uirorum
penuria, & alieniſimo tēpore tā misere ſpoliarētur. Ego
quidē ipſe Colūna interitū grauius tuli, quam eorū quiſ-
quā ſibi facile perſuadeat, qui eū male de me meritum eſſe
nō ignorāt. Aduersatus eſt ille quidē cauſæ noſtræ Romæ,
ſed neq; tā uchemeter quam potuit: neq; tā ullo maiore co-
natū, quam nominis ſui autoritate atq; gratia: quā quidem
apud P. R. O. labefactatū iri putauit, ſi quod mihi pollicitus
erat, cauſæ noſtræ patrocinii ſuſcepiffet. Itaq; ut tū ciuſ
ambitioni facile ignoscēbā, ſic eius nūc et acerbissimū ca-
ſum doleo, et qua una mortuis ratione prodeſſe poſſumus,
manibus bene precor & exopto. Camillū Triuultiū Va-
lentię

lentiæ quondam salutari in hybernis, cū grauis armaturæ
equitū alac præcesset, familiaritas mihi cū eo nulla interces-
sit: sed ea uixit modestiæ, uirtutis, prudentiæ fama, ut ex
eius morte magnū ceperim dolorē, & theatrū nostrum in
perpetuū claudi optarim. Verū quid agas? non modo libē-
ter & inuitis nobis pugnant, sed nos etiā pugnarū suarū
spectatores, nec id sine nostro periculo esse cogūt. De Io.
Medice longe alia hic narrantur. Circunsideri hominē ar-
ctissime Sōcini: quò etiā Galli finitos populos spe diri-
piendi copiosissimi oppidi euocasse dicuntur. certe hic ma-
gna de eo sumus expectatione suspensi. Franc. Roboria=
nus bene in præsens quieti suæ consuluit, quòd cum Pop.
Florentino fœdus percusserit: sed ut sustinend.e parū gra-
ti animi inuidiæ, & erupturo aliquando Gallorū Floren-
tinorūq; odio par sit futurus, etiam atq; etiā uereor. Eadē
est Aestensis Alphōsi causa: quē in tāto belli ardore quod
præsertim eius potissimum causa sit excitatum, otiosum esse
non oportuit. Baleares insulas à Cæsare defecisse, hoc ni-
hildū allatū fuerat: tantumodo Cæsarē in Hispaniam cogi-
tare audieramus, quē tu Bruxellis, si deo placet, faciundis
tū cœnis, tum ludis occupatū esse scribis. Omnino nihil à
principū nostrorū ingenijs facit alienum, qui imperij sui
rationem luxuria, uoluptate, licentia definiunt. Nam Le=
scutum aiunt in Gallorum castra cum omnibus suis copijs
iam peruenisse in columnem, capta in itinere Nouaria, Vi-
gleua, & alijs quibusdam ignobilioribus castellis. Quòd
autem is inter scyphos & epulas Apuliæ minatur & Sici-
liæ & Hispaniæ, agnosco Gallicam fortitudinē. Sed hæc
tametsi mala sunt nobis, tamen iam tolerabilia longo usu
facta. Illud quod de Turcarum regis terra mari' que ap=
paratu ascribis, plane exhorresco. Nam siue in Italiam,

B 4 siue

siue in Pannoniam is ueniet, hoc est, si uincet (uincet enim mihi crede, modo ueniat) seruicium nobis crit, et turpis-
sime quidem seruiendū. Verum hoc Deus uiderit, qui quid
nobis maxime expediat, unus et uidet et dare potest. Ha-
bes quod optasti, ad longissimam bene longam epistolam.
Vale. Patauij, 111. Cal. April.

CHRIST. LONG. OCTAVIANO
GRIMOALDO S.

Expectaui heri die toto audiſſime, si quid à te ferre-
tur historia dignum. Eadem in expectatione hodie
fui usq; ad horam sextam, quo quidem tempore scis tabel-
arios munere suo iam esse perfunctos. Quare cum tu ni-
hil adhuc eorum quæ istic: accipe quæ multorum literis
et nuntijs cofirmata, hic pro certis habentur: atq; illud in
primis ipsum, Falsum id esse quod nullo certo autore, sed
ex opinionc hominum atq; fama de Io. Medice nuper re-
scripsi. Transiit enim ad Gallos cum equitibus leuis arma-
turæ trecentis, grauis quinquaginta, militum uero cohori-
tibus quatuor. Causam relinquendæ illi patriæ hanc fuisse
aiunt, quòd Vidonem Rangonium à Florentino Pop. sibi
in copiarum imperio prælatum ferre non posset. Nā tres
illæ, quæ nuper Mediolano ad eosdem Gallos transfuge-
runt equitum turmæ, eò se extrema stipendij inopia addu-
ctos affirmabat. Nouariā in Gallorum uenisse potestate,
proxime tibi scripsi: sed tum ui captam fuisse nesciebam.
direpta est igitur, et cohortes partim Hispanæ, partim
Germanæ tres, quæ illic præsidij causa essent, occidione
occisæ. Viui in uictoris manus deuenere N. Rusca, et Phi-
lippus Torellus, eius ciuitatis lōge principes, ac Cæsaria-
narum partium studiosissimi. Viguum quoq; expugnatū
est, sed nondum arx recepta: in cuius oppugnatione tor-
menti

menti pila grauiter ictus Cotinus Martinengus alterum oculum amisit, nec an uulneri ferendo par futurus sit etiā nunc satis constat. Florentinorū auxilia laboratibus Mediolani Cæsarianis, nulla uentura existimatūr. Sunt enim finitimo bello impediti, ducto in Senensem agrū exercitu, ad cōprimēdos Borghesiorū exulum conatus, qui magnis Ballionum, & nōnullorū item Vrsinorum principum copijs nixi, redditum sibi in patriam moliantur. Alphonsus Aestensis quo Bagnacauallum modo recuperarit, audisse te arbitror. Istinc enim id missum est. Mediolanum inter & Ticinum quicquid fuit agri consiti, à Gallis uastatum est, completae fossæ, & quata omnia, ita ut ab utroq; oppido alterius portam confici posse affirment. Id eo à Gallis cōsilio factum arbitror, cum ut si in aciem descendendum sit, & equitatu, quo maxime ualent, cōmodius utantur: tum uero ne subitis eruptionibus opprimi possint. Non enim ignoras quam iniquo castra fecerint loco: Inter duo maxime oppida, eaq; hostium copijs resertiſima atq; munitissima cōsederunt. Mediolanū fame urgeri uerisimile est in tanta oppidanorū multitudine, tamq; arcte iandiu obſesso oppido, ut nihil nisi furtim importetur. Cōſilia Proſperi quæ iam ſint, exputare non queo, præſertim cum & Heluetij ex animo res Gallorū iuuare uideantur, nec subſidijs ſpes ulla circunſefeo ex Germania ostendatur, nec reſrumetaria Galli tam anguste quam initio nunciatum eſt, utantur. Huc accedit quod pacificator Britannus à Gallo paucorū mēſium inducias iam postulat, quo cōmodius de cōpoſitione agatur. Id ego ſic interpretor: Summis difficultatibus, atq; rerū Italicarū desperatione adductū Cæſarē nostrū, inducias per Britannū tentare. Sed nihil, ſcio, impetrabimus. Nec enim tā ſtulti ſunt Galli, tametſi ſtulti,

B 3 quin

quin quò ista spectent, aperte intelligant. Vereor etiam ne nos irrideant, qui nos huiusmodi nugis aliquid profecturos speremus. Omnino aut nouis auxilijs opus est, ijsq; præsentibus, aut præclara aliqua simul quà Ticino, quà Mediolano eruptione. Tertium nihil uideo, nisi fœdam, omni consumpto cōmeatu, deditio[n]em, aut certe fugam, qua iam sibi nudius quartus aliquot Prosp[er]i turmas ægre consuluisse audio. Nam Rheti & Vindelici, quos secum Barrianus adduxerat, sensim dilabi dicuntur, & in Germaniam reuerti. Barrianus quidē ipse quasi s[ecundu]m & animo fractus, se iam Placentiā recepit, inde Mātuam cum eius ciuitatis principe petiturus. Quæ si uera sunt, non modo meliore loco res Francorū sunt, sed nostræ etiā plane deploratæ ac perditæ. Hadrianus noster cū priuatas ad multos, tum ad amplissimum collegium literas publicè misit, quibus uerecunde dubitanterq; scriptis, ad extremū tamē significet, susceptam esse à se Romani sacerdotij procurationem, neq; sibi quicquā fore antiquius, quam ut primo quoq; tēpore ad gerendū Pontificatū in Italia Romamq; ueniat. oneraria Venetorū triremi usurus putatur, quā ad Cantabriæ littus nescio quomodo appulsam, præsidio suo instruxerit, & ut circu[m]acta Hispania sibi Barcinone presto esset imperarit. E quidē pro mea in eum benevolentia mallem pedibus ueniret, q; se maritimis periculis & iactationibus id ætatis homo obijceret. Per Narbonensem provinciā et tutius et honestius iter facturus mihi uideretur, nec ullam ab alienati Francisco animi suspitionē daturus. Mare quam à prædonibus Gallis sit infestū, cum aliæ ab eis interceptæ naues plurimæ declarat, tum uero duæ illæ maximæ, quarū altera superiore autumno cum omnibus Valentinæ nobilitatis reliquijs opibusq; capta est: altera nuper

nuper, cum principibus Hispanis uiris duodecim, qui ad
gratulandum Hadriano nostro in Hispaniam proficisci= =
rcentur, qua etiam uechbatur felix ille Iulij Medicis ar= =
canorum consiliorum omnium scriptor, de quo tu quoq;
ad me proxime. De Marcilio. Incidi nuper in episto= =
lam quandam Egnatij nostri, qua illum raræ probitatis
uirum appellat. ego uero raræ etiam humanitatis: ex si
tacere perget, nullius officij hominem ipsum esse iudica= =
bo. De elephanti barritu aliquid à te expecto. Vale. Pa= =
tavij, v i i. Id. April.

CHRIST. LONG. LEONARDO
POMARO S.

Officium meum, quo in te filioq; tuo commendando
sum usus, cum tibi gratum fuisse gaudeo, tum etiam
alicuius apud Rogerium Barman ponderis futurum non
despero: de quo ipse si quid acceperis, uelim me statim fa= =
cias certiorem. Renouabitur enim, si quid opus erit, com= =
mendatio. Quod petis ut in eandem rationem ad Franci= =
scum Deloinum scribam, literas confeci, eas que cum his
ad te mittam. Aliter autem cum eo atq; cum Barma egi:
uel quia aliud est ad ipsum questionis iudicem, aliud ad
eum qui in consilio sit, scribere: uel quia me apud hunc
amore tantum ex gratia ualere existimem, ut longa illa
causæ explicatione nihil necesse sit, præsertim cum à
procuratoribus uestris de re tota certior factus sit, atque
diligenter eruditus. De reliquo sic tibi persuadeas uelim,
nihil esse quod ab industria, studio, officio, re denique no
stra proficisci possit, quod non libenter ad tuendam digni
tatem tuam sim collaturus. Vale, ac animo forti magnoq;
fac ut sis. Patavij, v. Id. April.

Christ

Nescio quām tu pro nostra necessitudine, literarum
 mearū officium desideres: mihi quidē nō modo certa
 res nulla, sed ne genus omnino epistolarū aliquod in mēte
 adhuc uenit, quo quidem tecum cōmode agere potuerim.
 Scis enim cū quae tempora profectionē meā haud ita lon-
 go interuallo sint cōsecuta: tum uero quōd meum nō sit,
 inanibus literis amicos colere: eos pr̄sertim quibus à rep.
 nō satis esse otij exploratū habeam: quo quidē in numero
 cū te unum ex hominibus esse distentissimum certo scirē,
 non obliuione tui, neq; negligentia mea nullas tibi adhuc
 misi literas: sed quia nihil plane haberem, de quo ad te ho-
 minem occupatiissimū, tam longe gentium scribē dum exi-
 stimarē. Verū de mea erga te obseruātia dabuntur, spero,
 ea aliquando à me signa, quibus facile iudicaturus sis, tam
 hic à me tui memoriā summa cū benevolentia cultam esse,
 quām & summa tua dignitas, & singularis tuus erga me
 amor postulare uideātur. Interim de eo tecū agam, quod
 me nunc ad has tibi scribendum literas potissimum addu-
 xit. Leonardo Pomaro Medico & Lugduni sum usus
 familiarissime: & Venetijs quotiescumque eō me animi
 causa confero, utor adhuc non minus familiariter. Is in
 suspicionem impietatis istic nescio quomodo uenit: puto
 quōd & homo Hispanus sit, & Lugduno antē aliquan-
 to profectus, quām in id hominum genus, quos Maran-
 nos appellant, inquiri cōceptum esset. Sed hoc, ut in rebus
 aduersis, si non æquo, forti certe animo tulisset. Illud autē
 non grauiissime ferre non potest, quōd pr̄ter dānatæ
 sectæ ignominiam, & in absentis etiam fortunas quadru-
 platores iam inuaserint, & in suum caput de filio suo
 acerbiß

acerbiſſime iſtic quæratur. Ac filium quidem, qui in Gal-
lia ſit natus, atque Lugduni ſancte institutus, tum ipſius
probitas atq; innocētia, tum uero illa quæ in eius ore elu-
cet Gallicæ liberalitatis ſimplicitas atq; facilitas, facile ab
iſto crime uindicabit. De patre uero, quem tibi minime
cognitū eſſe reor, ſic tibi uelim me autore persuadeas, ui-
rum eſſe plane bonū illum & doctum, et ab illa cuius nūc
iſsimuletur, ſuperſtitione longe alieniſſimū. Scio equide-
nō eſſe prudentis affirmare de uoluntate alterius; ſed ſi ta-
men ex uultu, ex oculis, ex ſermone, breuiter ſi ex longo
uſu & conſuetudine penè quotidiana cuiusquā ſenſus &
mens perſpici potest, auſim tibi recipere nihil minus in Po-
marum cadere, quam uanā iſtam, propter quā nunc in pe-
riculum uocatur, ſuperſtitionē. Quanquam niſi me fallit
opinio, nō tam ulla lœſe religiōis ſuſpitione periclitatur,
quam quod magnā pecuniam Lugduni habere existima-
tur. Noſti etiam tu, quæ ſit & horū temporum ratio, &
quam impiū hodie iſtic & graue crime, Hispanū eſſe atq;
locupletem. Sed nō faciam, ut te aut iſtorum improbitatis
accuratiuſ admoneam, qui religionis nomine ad quæſitum
ſuum ſceleratiſſime abutūtur: aut quam ab hominis Chri-
ſiani officio ſit alienū, doceam, eos impietatis, nō dico da-
mnare, ſed omnino iſimulare, qui ſe Christianos eſſe ho-
mines aperte profiteantur. Tantū à te peto, ut ſi ullam in
me fidem eſſe putas, tantum huic meo testimonio tribuas,
quantū de his alicui, qui in Pomari perniciem uel ſtultitia
uel cupiditate aliqua occēcatus incūbat. Sic enim certe de
iſpo existimo, ut de uiro optimo, atque religionis noſtræ
ſtudioſiſſimo. Tum uero illud poſtulo, ut ſalua existima-
tione atq; religione tua, quibus cūq; rebus poteris præſen-
tem filiu & absentē patrem iuuare, ijs omnibus eos mea
cauſa

causa diligēter complectare atq; tueare. Nec enim dubito
quin uel tu iſti quæſtioni ipſi interſis, uel multos corū ex
quibus cōſilium iſtud cogitur, familiaritate atq; amicitia
coniunctos habeas. Caput cōmendationis meā hoc eſt, ut
uel iudicio & beneficio tuo, uel etiā gratia & autoritate
tua, qua te in iſto ordine ualere plurimū ſcio, enitare, con-
tendas ut Pomari nobis ſalui atq; in columnes p̄aſtentur.
Quod ſi feceris, cū eos uiros optimos atq; gratiſſimos co-
gnosces, tū uero meipſum singulari beneficio afficies, qui
hac de re tam labore, q̄ qui uehementiſſime. Hoc ut uelis,
te uehementer ctiā atq; etiā rogo. De me autē: ualeo dei
benignitate, ut cū maxime. Versor autē ſumma cū uolu-
ptate in ijs ſtudijs, quibus ego nec ſuauius quicquā, necho
neſtius unquam eſſe duxi. Vale. Patauij, x. Id. Apr.

CHRIST. LONG. OCTAVIANO

GRIMOALDO S.

ERgo non fugam Barrianus meditabatur, ſed stratage-
ma illud fuit, quo deceptis noctu hostibus ſe cum Pro-
ſpero cōmodius coniungeret. ego uero quid ea cōiunctio
illis profutura ſit, non diſpicio. Nam ſi dimicandum eſt,
Gallos à tergo & à fronte ancipiti prælio distineri fuſt
ſatiuſ: Sin bellum ducentum, Ticino eiſ omnia in ſeſtiora
reddi potuerunt. Sane ne illud quidē mihi probatur, quod
ipſe, cuius maxime peteretur caput, rebus adhuc dubijs uel
aduersis potius, tanto periculo ſe in tātum periculū conie-
cerit. Aut Gallos plane cæcos eſſe fateamur neceſſe eſt,
aut omnem eos datus operam, ut ne iſ ē manibus elaba-
tur, quo aut in potestatem redacto, aut cæſo, belli finē ſibi
ſtatim fore non dubitant. Quare non modo omnes p̄aſ-
diorum ſuorum exitus poſthac diligentius custodient, ſed
maioribus etiam, ſi res coget, animis depugnabunt. Neq;
tamen

tamen, si sapient, in aciem descenderint, non quia Mars sit communis, sed quod assidendo incruentam uictoriam consequi possunt: nisi fortasse eorum castra ad extremum oppugnaturi sumus: quod ipsum à Prospéro minime commissum iri certo scio. Sed Galli eo quo dixi cōsilio pugnā detrectabunt, qui omni cum copiarum, tum opum genere hostibus longe præstant: quid imperatoris nostri prudenter relinquetur loci? Nam tantū, inquies, in Gallos homines cadit uel cōsilijs, uel cōstantiæ. Si ita est, summis utrinque pugnabitur odijs, idq; inter Heluetios & Germanos, qui de uirtute sua hoc prælio decretū iri arbitrātur. Quē porrò sit acies habitura exitū, dici nō potest: sed tamen, nisi quis Panicus existat casus, magno uictoribus stabit uictoria: Nam Hetrusci belli rationē ab eius, quæ hic instat, pugnæ euentu totam pendere uideo. Ego certe animi uehementer pendeo, nec quid ad te scribam magnopere iam reperio, nisi hic uituperari Hispanos in Vigeuanæ arcis deditione, quod cum Italij commilitonibus suis non minus ac sibi cōculere potuissent, irati hostis arbitrio eos reliquerint. Nam Alexandria à Gallis recepta hic iam pridem audieramus. Vale.

CHRI. LONG. STEP. SAVLIO S.

Franciscum Deuarium Corcyrēsem, cuius ministerio in rebus domesticis biennium fere sum usus, tibi unice cōmendo. Dimisi autem illum à me, non quo mīhi non sat is faceret operis suis (satisfecit enim cumulate & fide, & beneuolentia, & modestia, & probitate) sed quod in animo sibi esse diceret, Romam hoc tempore uisere, & dum per ætatem licet, multorum hominum mores nosse, & urbes, quam quidem in opinionem quo cunque ille modo nunc uenerit, est tamen à nobis in hoc conatu adiuuandus.

Quare

Quare per mihi gratum erit, si curaris, ut apud virum aliquem grauem & honestum istic ei esse liceat. Quod ut uelis, te etiam atq; ctiā rogo. Nunc uenio ad tuas literas, quas hic duabus deinceps epistolis accepi. In earum priorē paululū me recreasti, qui spem reditus tui nobis aliquā attuleris, obscure tu quidem illud, sed (ut opinor) nō temere. Itaq; quod me istò vocas, idq; mihi das cōsiliū quod rationibus nostris sit omnino accommodatius quam tuis, agnoscō tuum in me amorem: sed nihil mihi scito usū atq; consuetudine tua esse iucūdus, ut ne si istic quidem Pontifex sit Maximus, apud eum malim uiuere, quam hic prudētia & suauitate tua aliquando perfri. Quare si tu Patrūm uenturus es, nulla me hinc profecto ratio abduxerit. Sin minus, cum Hadrianus noster in Italiam aduentarit, tum aut tecum de eo quod scribis, per literas deliberabis, aut consilium tibi nostrum statim expediemus. Inter ea quod prouidendū mihi censes, ne nimū operae in rem minime necessariam cōferam, atq; doctrinæ studio abstracthar à rebus agendis: Ego uero neq; ingenuarum artium tam sum studiosus, ut eo quidem nomine adhuc uituperari à quoquam recte possum: neq; ullam sane hodie magnopere uideo actionem, quæ literarum nostrarum usui, delectationi, honestati sit anteponenda: nisi tu fortasse in ea es sententia, ut principibus istis seruire, sit hodie rem publicam gerere, atque administrare. Sed hoc quoque ipsum alias. Literas, quas Genua proficisciēs mihi abs te scriptas, nihil dum accepi. Briffo mecum erat cum superiores tuæ mihi sunt Patruij redditæ. Is cum mihi de te alia multa, tum illud etiam, ut domum tuam & rem familiarem sibi patere uoluisses: quod ipsum, etsi ab ista singulari tua liberalitate non erat alienum, fuit mihi tamen auditu iucundiss

cundiſſimū. Scripturū eum ex Mutinensi, quemadmodum
tibi pollicitus est, confido. Nā mihi quoq; ex literis tuis à
me appellatus, id se facturū recepit. De Hadriani ad colle
gium ampliſſimum, & S. P. Q. R. literarum exemplis ual-
de te amamus. Respondi priori. uenio ad alterā in qua il-
lud etiam mihi fuit gratiſſimum, quod ex cōſilio noſtro o=
mnia prius à te acta eſſent quām literæ meæ tibi uenirēt.
Ex eo enim iudicaui quām consentientibus eſſemus inter
nos ſenſibus, qui quod ipſe cogitarē, tu tam longe à nobis
gentium eodem tempore faceres. Nam quod Bendinelli
fratris tui iniuriam legibus & iudicio perſequi statuisti,
laudo equidem pietatem tuam: ſed temporis in eo oppor-
nitatem uehementer deſidero: uereor enim mi Stephane
chariſſime ne cum in ſumma inimicorum tuorum potētia,
tum in iſta gladiorum licentia tibi non ſatis tutum ſit in-
ermem contra armatos contendere. Memento te eſſe Ro-
mæ, & quod me maxime commouet, in urbe, quæ non fo-
lum ſine imperio ipſa hodie ſit, ſed magnis aduersariorū
tuorū opibus etiam nunc teneatur. Sed quoniam eò res iā
à te deducta eſt, ut honeſte pedem reſerre non queas, etiam
atq; etiā diligenter uideto quantum unicuiq; uel tuorum
committendum ſit. Quin aduentu Pont. Max. omnia iſtic
tutiora ſint futura, & tibi etiā equiora, non equidem du-
bito: ſed ut eò uſq; ſaluum te & in columem nobis conſer-
ues, cum tuæ cautionis eſt & prudentiæ, tū uero diuinæ,
opinor, cuiusdam prouidentiæ. Proinde quanti nos facis,
uel te à nobis fieri non ignoras, tantum (quæſo) fac in te
cuſtodiendo conſilij & diligentiæ adhibeas. Satis maturū
& ubere pietatis tue fructū tuleris, ſi ſaluti tuæ his tem-
poribus consulueris. Hector noſter mādata ad me tua nul-
la adhuc pertulit, literas tantum Venetijs reddidit. Ex eius

C ſermone

sermone scribam ad te accuratius, siquid modo erit huiusmodi, quod literis recte committi possit. Vale. Patauij,
111. Id. Mai.

CHRIST. LONGOL. ANTON.

FLAMINIO S.

Hec torē nostrū, qui mihi literas tuas attulit, per otium non dū conueni: eo conuento alteras ad te dabo. Interim aī tu periculū esse, ne Lælio nostro non modo equester census, sed etiam equus adimatur? Atqui censu in eum ordinem à Leone nostro lectus est, & statim ab eius morte, turmæ, ut audio, præfectus. Sane nudius decimus ab eo mihi sunt redditæ literæ, quibus non modo tale quiddam mihi uisus est nihil metuere, sed altos etiam illos decurionis spiritus gerere. Sic enim cessationem suam mihi excusat, ut me, quod de ea apud Marianum Castellatum per literas queri leuiter sum ausus, etiam acerbissime accuset. Sed hoc nobis humaniter ferendū est. illud autē quod de Alexandrino ascripsisti equite, minime dissimulandū. Hominem nobis tam amicum, tam probū, tam doctum, spirantem adhuc & uiuum à scelerato isto Chiromāte domi sue defossum esse? Hoc Lælius uidet, nec cū uniuerso equitatu subuenit equiti præsertim Romano? Nam de agresti illa, in quā sese abstrusurū esse Furnius Molsa affirmaret, spēlunca, factus sum à Brissonie nostro certior. Ac de Furnio quidē nō ualde sum miratus. Vult enim Furniā suā imitari, quā sese in recētē istum luparum furnū iā abdidisse inteligo. Brissonem ipsum sum miratus eō insaniæ perduci potuisse, ut ab ista hominum luce in solitudinem & tenebras confugeret. E quidem uere orne tu quoq; quasi fatali quodam malo eōdem prolabare, qui à grammatis tis tam contumeliose sis acceptus, ut ne inter poëtas quidem tibi

tibi iam quicquam relictum sit loci, qui etiam in disertoru
fueras numero, & utriusq; generis hominum existimator
habebare acerrimus. Sed isthuc tua culpa est, qui Academi
corum tuorum institutum oblitus, ausus sis aliquid de me
certius affirmare, non modo quam res ipsa, sed istorū etiā
aures paterentur. An nescis ab Erasmo nostro laudatos
esse Scarabeos & Crabrones? eosdem à nobis perpetua
oratione uituperatos? Quid igitur tibi uenit in mentem,
ut me illi non modo & comparares & æquares, sed etiam
asseuerāter anteponeres? Ergo aut tibi solum uertendum
est, ne apud istos indoctus habeare, qui cum ignorantiae
professoribus iamdudū uerferis: aut ex Academiæ ipsius
disciplina commutes orationem, ostendasq; me Erasmo
non modo non anteferendum, sed ne conferendū omnino.
Quod si feceris, cum tu uoluntates eorum facile recuperar= =
is, tum uero me magna inuidia etiam liberaris. Sed hæc
hactenus iocati. Franciscum Deuarium Corcyrensem, qui
has tibi reddidit, uelim à me etiam atq; etiam commendata= =
tum habeas. Nam cum nūbi ministerio suo cumulate sa= =
tisfecit: tum ea est probitate, & fide, & pudore, ut tamen
ipsum studijs meis minime accommodum esse intelligam,
tamen inuitus eum à me dimittam. Caput commendatio= =
nis meæ hoc est, ut tantisper eum suscipiatis & tueami= =
ni, dum aliquid in quo spes sit, istic nanciscamini: quod
ipsum nec longum, nec difficile fore spero. Hoc te tam ro= =
go quam quod uehementissime. Vix enim credas quanto= =
pere laborem, ut mea commendatione, tuo studio, Sau= =
lij nostri uel officio uel beneficio rebus suis non male con= =
sultum probus adolescens intelligat. Fuisset ad literas
nostras uel ætate uel natura aptior, profecto non tam
facile à nobis discessisset. Reliqua enim indoles eius ita

C 2 mihi

mihi probatur, ut nihil supra. Vale & communis amicos à me saluere iube. Patauij, 111. Id. Mai. His scriptis, neclum datis, accepi à Mariano literas, ex quibus cognoui quid Molsæ nostro istic accidisset. O' casum acerbum. Ait ille quidem à medicis hominē nondū esse deplocatum: quanquam ad septum transuersum uulnus pertineat. Verum me solicitum habet continens ista febris, quæ nisi cito diſsoluitur. Sed non queo plura præ dolore scribere. Tantum à te peto, ut quicunq; erit exitus, de eo me quamprimum facias certiorem.

CHRIST. LONGOL. LAELIO

MAXIMO S.

Nae tu homo mirus es, qui cum in epistolæ tuæ initio aperte posueris, nulla dicendi uia taciturnitatem posse purgari tuam, idem tamē statim te mihi de ea sic excusare concre, ut me etiam perpetua oratione grauiſſime accusas, quod literas à me tuas desiderari Mariano significassem. Quid quæris? minime miratus sum me tam longo temporum locorumq; interuallo, ex animo effluxisse tuo, qui ne in breui quidem scripto tuo memoria satis ualere uidere. Atqui hoc ipsum est, inquies, quare te inhumanitatis & temeritatis accusem, qui mecum sic agas. At quid potius agam, si nunquam, si nisi laceſitus scribis, & eo modo scribis, ut causam tecum expostulandi mihi semper aferas? Vide igitur utrū fateri malis, μνημοσύνης ἀμάρτημα, an militaris insolentiæ ferociam, omnino enim plaga tibi accipienda est. Sed illa leuior ignavis, inquies: nam hac honestior ἀνδρὶ διγών κοσμίσαι ἵππος τε καὶ ἀνέρας αὐτοῖς tuas. Vtrum uoles modo culpam agnoscas, & posthac uerba mea simplicius interpretere. Extra iocum mihi Læli charissime: nunquam te mei oblitum existimau, non sane magis

magis quam, ut scribis, tui. Scio enim quanti me facias,
 quāq; sis in tuendis amicitijs & firmus & constans. Ne=
 que uero ego, cum ad Marianum scripsi, uerendum mihi
 esse, ne tibi plane excidisset, qui ipso anno nihil scripsis=
 ses, aliud uolui atq; te leuiter pungere, ut literas quoquo
 modo elicerem tuas. In quibus et si me asperrime obiurgas=
 tū esse te uoluisti: fuit ea tamen mihi obiurgatio cessatione
 tua non solum tolerabilior, uerum etiam plane grata atq;
 iucundissima: præsertim cum & abundantiam quandam
 tui erga me amoris ostenderet, nec te istic tam equo me=
 ruisse, quam optimis atq; elegantiissimis scriptoribus ope=br/>
 ram dedisse significaret. Caeue enim putas quicquā adhuc
 nitidius à te profectum, aut mihi certe missum esse orna=br/>
 tius. Quare cum excusationem tuam accipio, tum uero
 etiam tibi gratulor, qui tantum in studijs nostris nauaris
 operæ: tū à te peto, ut ad nos homines amatiissimos tui in=br/>
 terdum scribas: sed illud quāprimum, qui sit hoc tempore
 urbis status, qui P. Ro. sensus, quæ de Adriano nostro ex
 pectatio. Quod si nihil de rep. illud quidē certe fac sciam,
 qui sit Augusti nostri uultus, unde noua isthæc in Alexan=br/>
 drinum equitem incesserit religio, quid sodali tuo accide=br/>
 rit Molsæ, ut uoluntarium sibi conciscat exiliū. Sed plura
 impero quam ab homine occupato præstari possint. quare
 si non ad omnia, ad eoru aliquia saltem rescribe: & Vale.
 Patauij, 111. Id. Mai. Scripta, ut uides, perquam hilare
 epistola: ecce de grauiissimo, nec opinato Molsæ nostri
 casu fulmen. Omnino uerba mihi desunt, quibus dolorem
 meu tibi significem: qui fortasse cohibendus est. Scio enim
 tantum te ex eo traxisse doloris, quātum uix ulla dies ex=br/>
 haurire poterit. Non igitur committam ut ad infinitum
 tuum mœrorem, luctum ipsum meum adiungam. Rogabo

C 3 modo

modo te, ut quod tua sponte diligentissime facis in isto curando uulnere, si quidem remedijs locus ullus relictus est, studium tuum omne & industria adhibeas. Ego enim si quid piae preces, & absentis uota ualent, salutem ei optare non desino: neq; profecto modum faciam, dum tu me de exitu rei certiorem feceris. Vale.

CHRIST LONG. CAMILLO

THEOLO S.

Maxima sum ex tuis literis affectus uoluptate, no eo solum, quod suauissime atq; per honorifice scriptae, magnam tuæ erga me obseruantiae significationem habebant: quāquam id ipsum mihi pro eo sane ac debuit, fuit gratissimum: sed quod ea etiam uerborū puritate atq; elegātia essent bellissime contextæ, ut illam, quam de studiorum tuorum cursu præceptam animo habebam opinionem' plane cōfirmarent, atq; haud scio an etiā uincerent. Omnino mihi non solum æqualibus tuis, quos quidem norim, præstare iam uideris omnibus, sed eò quoq; singulari quadam naturæ indulgentia peruenisse, quò haud ita multos adolescentes pari studio, atq; diligentia aspirasse exploratum habeo. Quare cum tibi de ista tui in percipiendis literis ingenij facilitate atq; processu gratulor: tum uero te horror, ut quibus artibus operam tuam omnem adhuc dedisti, in ijs ipsis tibi tam diu elaborandum putas, quoad tam uberes atq; maturos studiorum tuorū nobis edas fructus, quā pulchros atq; suaveis literatæ istius tuæ pueritiae flores iam protulisti. Quod si feceris, cum rationibus tuis optime consulueris, tū uero & ex industria tua magnam aliquando uoluptatem ceperis, & nomen tuum immortalitati commendatum consecraris. Quod autem me ad redditum amantiissimis uerbis inuitas, facis ut in acerba grauiſſime

nissimæ iniuriæ recordatione, summa tamen delecter orationis tuæ dulcedine. Ne uiuam, si quid adhuc hoc in genere scriptum legi humanius, uel etiam accuratius. Verum ea est, ne forte nescias, mea causa, ut tata de re nibildum à me constitui possit. Si quorum tamen uoluntatibus aut pre cibus unquam in eo ccessurus sum, faciam ut intelligas, magnum ad id ipsum literas tuas pondus attulisse. De quo sic tibi uelim persuadeas, nullum esse neq; officij neq; studij genus, quod quidem à me proficisci possit, quo non ego ad te ornandum, extollendum sim libetissime usurus. Tu modo fac ut in me amando persueres, & literis tuis nos interdum appelles. Hoc mihi, hoc tempore, facere nihil potes gratius. Saluta meis uerbis fratres tuos, pueros optimos atq; humanissimos. Vale. Patauij, Id. Mai

CHRIST. LONGOL. STEPH.

THEOLO S.

Legi Camilli tui pueri humanissimi atque optimi, ad me epistolam. Vix dici potest quantum ex eo perceperim uoluptatis. Evidem ea lecta facere non potui, quin & pueri ipsi statim rescriberem, & tibi, quo potissimum autore in recta studia incumberet, etiam gratularer. Scito enim neque suauius neq; aptius quicquam, non modo ab ista ætate, sed nec à multo quoq; adultiore postulandum fuisse ijs literis, quas ille ad me nuper dedit. Ne me hoc putas auribus tuis dare. Non uulgare quidem fuit, quod de ingenio eius & industria expectavi: sed uicit tamen opinionem meam, atque ita sane uicit, ut istas paucorum annorum accessiones non excurrentis aliquius naturæ incrementa, sed euolantis præclaræ cuiusdam indolis processus esse iudicem. Tu (quæso) fac, ut in quam

C 4 ingressus

ingressus est discendi uiam , ab ea ne transuersum quidem
unguem. Habeat Ciceronem semper in manibus , hunc le-
gat ex omnibus unum, hunc amet, hunc admiretur, ab eo=
dem ipso si quid scribendum erit aut dicendum, non dubi=
tanter sumat, mutuetur. Sors enim, ut ille ait, fit ex usura.
Reliquos, cum erit otium, et iudicium ipse facere poterit,
tum attinget . Interim hunc nunquam de manibus depo=
nat: ex eo quasi ex purissimo quodam atq; uberrimo La=
tini sermonis fonte, omnem emendate loquendi copioseq;
dicendi rationem hauriat. Afferrem hanc in rationem uul=
go non satis probatam plura, nisi tecum agerem, qui scias
et uideas quam inquinata sit et absurdâ eorum hodie ora=
tio, qui alio atq; Cicerone ipso dicendi scribedi ue magi=
stro sunt usi. Illuc igitur redeo. Sic mihi placuerunt Camilli
tui literae, ut gaudium meum ad te continuo per epistolam
deferendum esse duxerim: idq; cum pro mea in nomen Ro=
manum benevolentia feci, qui ingenij uestris supra o=mnem
fidem faueam, tum uero ut eius quam tibi debeo
memoriæ uoluntatisq; significationem nonnullam darem,
qui me uobis , ut nunc quidem est, ratione alia memorem
et gratum ostendere possum nulla : Nam Camillum
ipsum , si quid de istiusmodi ætate certi pronuntiari po=
test, in eorum certe quam paucorum refero numerum,
quos parentibus lœtitiam , sibi opes et gratiam, posteris
etiam suis gloriam aliquando allatueros esse sperem . Quæ
res quoniam ad te uel maxime pertinet, qui eum talem
tum procrearis , tum liberali tua institutione finxeris: ui=de
ne quid uel de ista tua diligentia , uel de studiorum eius
ratione in hoc ætatis fluxu remittatur. Vale. et uxori
tue Ludouicæ fœminæ primariæ meis uerbis gratulare.
Patauij, Id. Mai.

C H R

BINAS ad te iam dedi literas: alteras per paucis ante Leo
BNIS nostri obitum diebus, alteras statim ab eiusdem
interitu. Eas ut acceperis, sane uereor. Nihil enim tu ad=br/>huc rescripsisti, homo cū cæteris in rebus diligentissimus,
tum uero in scribendo impiger & officiosissimus. Sin au=br/>tem respondisti, uide cui dederis. Ego enim his quinque
mensibus nihil neque à te, neque de te. Itaque faciendum
putauit, ut eodem exemplo tecum agerem, & hic te, ne me
literarum tuarum desiderio diutius torqueres, rogarem.
Nihilo enim meliore etiam nunc loco res nostræ sunt,
quam tum erant, cum superiores tibi mitterem. Spes tan=br/>tummodo quædam ex Hadriani Pontificatu, mihi iniecta
est. Omnino ualitatum apud eum uel commune ciuita=br/>tum nostrarum uinculum, uel quod ipse cum Philippo
Caroli Cæsar is patre in Hispania uixerim, non despero.
sed ut usquedum ille aduentarit, & nobis ad eum ipsum
aditus patefactus sit, otium nostrum honeste tueri possi=br/>mus (quoquo enim adhuc modo possumus) tui est mi=br/>dolete tum consilij, tum etiam auxiliij. Verum hoc ex re
& commodo tuo. Nam illud à te etiam atque etiam uehe=br/>meter peto, ut si, quod futurum certo scio, singulari istius
tuæ uirtutis doctrinæq; laude Pont. Maximo commen=br/>datus, in familiaritatè eius aut amicitiam ueneris, idem me
tibi quadam studiorum societate uel opinione potius con=br/>iunctum atque necessarium esse intelligat. Hoc si feceris,
& me uel iudicij, uel benevolentiae tuæ testimonio apud
eum ornaris: faciam ut eius te officij ne unquam pœniteat:
memorem quidem me semper, & gratum certe experie=br/>re. Vale. Patauij, x v 1. Calend. Iun.

C 5

Christ

Quod tibi Lælius Maximus de scribendo receperat, in eo fidem suam liberauit. Dedit enim ad me literas, uberrimas quidem illas, & elegantiſime perſcriptas, ſed in quibus me grauiſſime accuſet, quod de ceſſatione ſua apud te familiarius queri ſim ausus. Hoc eō pertinet, ut tibi poſthac literas meas uni muſtas exiſtimes, praeſer- tim ſiquid ijs huiusmodi conſignaro, quod homines nobis parum amici, in aliam atq; uelimus partem accipere poſſint. Nam ſi iocationibus ad te noſtris, quaſi grauioribus quibusdam aculeis Læliſ animus ita offendit, ut ſtoma- chofioribus literis ea de re mecum expoſtulandum putari: qd cæteros cenes, quos nec ulla erga me benevolentia, nec politior ulla humanitas mihi coniunxit? Sed de his nimis multa, praeſertim ad te, qui ſemel tamen à me admonendus fuisti, ne dum alios ex tuo in me amore metiris, nouas no- bis iſtic turbas incautus excites. De Flaminio quod be- nigne polliceris, reſpondes illi omnino, quam de prolixa iſta tua atque benefica in ſtudioſos omnes natura ſemper habui, opinioni: ſed nihil eo quod oſtendis etiam nunc eſt opus. Initia eſt enim à nobis ratio, quemadmodum hic a- dolescentem tucamur. In uenatio tantum laboramus: in quo ſi adiutus à te fuerit, otium eius liberalitate tua con- ſtitutū eſſe iudicabo. De Panegyricis, reſ tota tui eſt con- ſiliij. Mea quidem non magnopere intereſt, niſi quod iſtos emēdatiores eſſe ſcio ijs quos deſcribendos curares. Noui librariorum uenrorū ſomnolentiā & imperitiā. Sed hoc, ut dixi, ipſe tu ſtatues, cuius potiſsimū reſ agitur. P. Bēbo mandata tua expoſui: eram enim apud eū cum literae tuae mihi ſunt redditæ, narrabat is illo ipſo tēpore, quæ tu in extremis

extremis tuis literis de acerbissimo Molsæ nostri casu a scripseras. O' male factum. Verū ita se habet res humanæ, ut hæc nobis neq; inusitata, neq; intolerabilia uideri debant. Ad hos enim fortunæ casus nascimur. Quid etiams Accepi à Camillo Theolo literas, quas is te autore mihi miserit. Visa est mihi elucere in ijs supra pueri ætatem, quædam ingenij eruditioñs forma: qua quidem de re & cum ipso, & cum patre eius eo statim egi consilio, ut alter à me laudatus magis excitaretur ad laudem, alter omnem in excolendo filij ingenio adhiberet diligentia. Vale. Patauij, x v i. Calend. Iun.

CHRI. LONG. OCT. GRIMOAL. S.

Vereris, opinor, nequid mihi literis tuis molestiæ afferas: quā enim ego aliū cessationis tuæ causam esse spicer? Atqui ego nihil tale ueritus scribendū ad te putau, & eū qui has tibi reddidisset, etiam diligenter cō mendandū. Peto igitur abs te, ut ipsum tantisper apud te esse uelis, dum nauē & tēpestatē sit nactus idoneā. Dimittēdi à me hominis causa nulla plane est alia, nisi quod & ipse Vrbē uisere cupiat hoc tēpore, nec ego eū studijs meis satis accommodatū intelligā: præterea enim sic fideliter benevolēq; operā suā mihi nauauit, ut tametsi otij nostri rationibus sit minime omnīū aptus, tamen nō me libente discedat: neque id uerò ipsum mea causa, cui ministri deesse nō possunt: sed quod uerear ne rerū omnium ignoratione perditus planè perdatur miser adolescentis. Vides ætate, unde formā. Prosecutus sum eū uiatico satis liberali:uberiore quidē certe quām facultates meæ pateretur. Habet etiā à me ad Steph. Sauliū & M. Antoniū Flaminium literas commendatitias: ueruntamen si quos tu Romæ habes amicos, quibuscum recte commendare possis, de eo ipso uelim ad eos

ad eos diligenter scribas: istic uerò, ut honoris mei causa dum concenderit, ei de habitatione accōmodes, te etiam atq; etiam uehementer rogo. De Hieronymo Sauorniano siquid habes, fac sciam. Bembus hic te ad Id. Iun. expe-
ctat, ego uerò etiam ante eum diem literas tuas audiſſi-
me. Nec uerò te deterreo, quo minus in Gallos iam scri-
bas, qui cum à pecunia tam flagitioſe eſſent imparati, tan-
tos tamen tota Italia tumultus commorint: ſed me magis
mouent qui ab iſta Turcarum claſſe impendent reipub.
Christianæ caſus & miseriæ, quanquā Pannones, Germa-
nos, Sarmatas, Sauromatas magnis hac æſtate copijs impe-
tum in Thraciam facturos audio. Certe qui illinc uenunt
Pannones, Byzantium ſuū iam numerant. Sed de his abs
te doceri malim. Vale. Patauij, x v i. Cal. Iun.

CHRIST. LONG. OCTAVIANO
GRIMO ALDO S.

QVAM perturbato ad me animo ſcripſiſſes, etiam te tacente, uel eo facilime collegiſſem, quod nihil de ijs quæ potiſſimum abs te expectabam, mihi miſiſſes. Ac profecto ea perturbationis iſtius eſt caſa, quæ uel fortiſſimum quemuis de ſtatu ſuo deiſciat. Nos tamen hic ea de re nihil omnino accepimus. contrà potius heri, Adornios noſtros male acceptos & repulſos, ſeſe in citeriore Galliam trepide & grē que recepiſſe. Nam uel Proſpero uel Piscariano Genuam cum exercitu proficiſci ſaluis Gallorum pactionibus non licuit. Sic enim ijs nominatim cautum audio, ut ne'ue Proſper, ne'ue Piſcarianus, ne'ue eorum exercitus quinq; paſſuum milibus Cremona longius diſcedat, quod iſpum à Gallis cum alijs de cauſis exceptum eſſe ſuſpicor, tum uerò ne ſine iuſto exercitu turpiſſime obſeffi uidarentur. Sed quæcunq;
uel hiſ

uel his id postulandi causa fuerit, uel illis eò descendendi, certum est, si quidem uera nuntiant ij qui illinc ueniunt, neq; Prosperum neq; Piscarianū cum omnibus copijs in Liguriam profectos esse, & haud ita à Cremona longe nudius etiam tertius castra habuisse. Sed hodie, cras ad summum firmiora sciemus. Nec enim res tanta diu celari potest. Confirmauit mihi nuper iterum Petrus Bembus, te hic propediem futurum: quod si erit, erit id mihi optatiissimum, qui corām cupiā de rebus cōmunib⁹ tecum cōmentari. Sin minus, agam per literas accuratius, aut ipse etiam ad octauum Idus istò me conferam. Literastuas simul atq; accepi, statim ipsi Panegarolæ reddidi. Rogatus à me nunquid ad te uellet, constitutum sibi esse respondit tā bellarios suos tibi hodie mittere. Vale. Patauij, I I I.
Non. Iun.

CHRIST. LONG. EGIDIO VITER
BIENSI CARDINALI S.

CVm nuper essem apud P. Bembum, hominem amplitudinis tuae studiosissimum, lecta est mihi ab eo quādam epistola tua, quād his paucis à te sibi missam diebus, & tua etiam manu suauissime atq; humanissime scriptam esse diceret. Ea quād illi iucunda fuerit, tute uel pro uestra consuetudine, uel ex eo etiam quōd totam mihi recitandam ipse putarit, facile existimare potes. Mihi quidem infimum cius caput, quod quidem unum ad me pertinebat, tantæ fuit uoluptati, quantam uix ullis uerbis hic aperire queam. tametsi idem nonnihil admirationis attulit, quōd aditum mihi ad cognitionem tuam patefactum esse etiam munitum significaret, qui me tibi ne nomine quidem adhuc notum esse arbitrarer. Sed tamen uoluptas ipsa incredibilis fuit, cum me tanti abs te fieri perspicerem, ut

rem, ut me tuis uerbis, tanti uiri ore, perquām amice &
honorifice salutatum esse uelles. Scio equidem nihil esse in
me eiusmodi, quod te ista doctrina atque dignitate uirum,
ad amicitiam expetendam meam adducere debuerit: sed
tamen facere non possum, quin isto tuo uel benevolentiae
uel iudicij testimonio plurimum delecter, & de eo etiam
tibi gratias agam immortaleis, quod me ad tuorum nume-
rum prius ascriperis, quām id ego aut optare aut omni-
no sperare fuerim ausus. Qua quidem ex re facile quoque
intelligo, quām non sim facile expectationi de me tuæ re-
 sponsurus: cui tamen, uti spero, satis à nobis quoquo fieri
modo, si uel perpetua grati animi memoria, uel ullo stu-
diorum nostrorum fructu testimonij tui laudem sustinere
atque tueri potuero. Sic enim uelim tibi persuadeas, ita me
tuis literis animatum esse, ut iam sim cum otium nostrum,
quod minime fieri posse uidebatur, complexurus multo
ardentius, tum uero te eo habiturus & obseruantiae &
sanctitatis loco, quo is apud me debeat esse uir, quem &
mihi amicissimum, & in amplissimo ciuitatis nostræ gra-
du singulari quadam & eximia tum optimarum artium
atque uirtutum commendatione, tum uero etiam diuine
cuiusdam eloquentiae laude florentem, collocatum esse nō
ignorem. Extremum illud erit: quod equidem non ascri-
berem, nisi & grauiissimos uiros idem rogare atque roga-
ri solitos esse scirem, & ipse parum his confiderem arti-
bus, quibus me tibi cōmentatum esse suspicor: sentio enim
quām parum ab ijs sim uel ornatus, uel instructus. Peto
igitur abs te, ut quādo me tua sponte in fidem atq; amici-
tiam recepisti tuam, si minus studiosæ nostræ uitæ gra-
tia, cōstantiae quidē planè tuæ causa in ista ad me aman-
dum animū inductione atq; uolūtate perseveres. Ego enim
ne quod

ne quod studiū aut officiū in colēda amplitudine tua meū
unquā requiratur, perficiam: opera quidē certe, ut ne quis
id ullo tempore iure desideret, à me dabitur, eaq; optima
atq; perpetua. Vale. Patauij, 1111. Calend. Iun.

CHRIST. LONG. NICOLAO

DRACONI S.

ET si de tua erga me benevolentia minime dubitabam,
Qui quācum cum cæteris in rebus omnibus, tum uero in
tuendis amicitijs constans esſe & firmus, exploratam hæ
berem: tamen scito mihi literas tuas, ex ea etiā parte fuis=
se iucundissimas, quatenus me de perpetuo isto tuo in me
amore certiore faciūdum putasti. Nam quòd scribis te,
uetere illo depulso morbo, ac pristina plane recuperata
ualetudine, cum mansuetioribus musis rationem habere,
& in literis totum prorsus uiuere cœpisse: id uero ipsum
huiusmodi est, ut si quis politiori humanitati faueat, ab eo
tibi uerè gratulandum existimem. ego quidē certe eo ma=
xime nomine & gaudeo, & ut tibi ista tum ualetudine,
tum otij suauitate in perpetuum frui liceat, mirifice cupio
atque uehemēter exopto. Nec enim mihi dubium est, quin
si id contingat, eos sis aliquando editurus ingenij & in=
dustriæ tuæ fructus, qui & nobis, qui te facimus plurimi,
uoluptatem afferant maximam, & tibi etiam ipsi gloriam
pariat sempiternā. Sed de mea erga te uolūtate, neq; mihi
hic scribendū puto, & si quid de ea unquā significare ue
lim, eris tu mihi imitādus, qui arrepto ex Fuluij literis te=
stificandi amoris tui loco, nō prius uerbis q̄ re ipsa decla=
raris, quācum tibi res meæ essent curæ, idq; cum à me ne le=
uißime quidem fuisse admonitus. Sic enim uelim tibi per=
suadeas, nihil abs te potuisse hoc quidem tempore profi=
cisci ad me gratius ijs quæ de Vincentio Varamiano tua
ffonte

sponte tam diligenter curasti. Omnino enim aliquis ista
uirtutis & ingenij indole mihi opus est: id est, is qui tum
meis, tum suis pariter studijs bene cōsultum uelit, & pro-
spicere posſit. Nodus hac in re unus occurrit, neq; is sane
facilis, quod discipulū iste se apud me fore, non ministrū
arbitratur, cū ea, ut nosti, mea sit ratio, ut ludus mihi nūc
aperiendus nō sit: sed uno eiusmodi aliquo opus, qui ope-
ras ea mihi cōditione locet & præstet suas, qua tecū Ful-
uius & Candidus hic uixerunt: tametsi multo minus nego-
tij apud me habiturus iste sit, quam illi tecum sustinuerūt.
Primū enim scis quam ipse raro in publicū prodeam, &
si quādo domo exeam, ut nunquā pedissequo, semper utar
aut comite aliquo, aut ipse etiam solus urbem obeam. De-
inde si quod est domi sordidius ministerium, suis id operis
curatur. Lectus modo unus ei sternendus est: præterea ni-
hil quod eum à studijs abducat aut pudeat: quanquam ne
hoc omnino scruale iudico, tantum otij tam parua opera,
eaq; liberis hominibus hodie usitatissima, & plerisq; etiā
optatiſſima redimere atq; cōparare. Ita si Vincentius tuus
quem tu mihi & honesto admodum loco natum, & for-
tuna esse scribis optima, eo est animo, ut literarum causa
eò descensurus sit, facies me quamprimum certiorcm, ut
Franciscū à me dimittam, & eius rationibus quoquomo-
do consulam. Sin tanti literas & artes non facit nostras,
curato mihi alium: cui si affuerint cætera quibus istum
ornatiſſimum esse prædicas, non magnopere desideratu-
rus sum in eo neque generis nobilitatem, neque ullum sa-
ne fortunæ splendorem. Habeat modo tantum pecunie,
quantum ad librorum sumptus, & uestiarium tuendum
satis sit: reliqua à me suppeditabuntur abunde omnia.
Quinetiā illud nobis in primiserit curæ, nō modo ut tem-
poris

poris ei satis sit quo ad magistros eat, sed ut in hāc quoq;
nostram discendi rationem atq; consuetudinem ingressus,
me sibi & hortatorem semper, & si res postulabit, etiam
interdum doctorem domi esse sciat atq; intelligat. Quid
quæris: ita à me tractabitur, ut dempta cubiculi mei cura,
nec à parēte liberalius quicquam, nec à magistro sanctius
cuius hoc in genere postulandum sit aut etiam expectan= d
dum. H abes fere quasi adūbratam & informatam eius qui
mecum uicturus est, uitæ rationem. In quo illud tu etiā at= ut
que etiam uideto mi Dracō, tanta cura dignus is ut sit, quē
ad me ea spe missurus es: ne, si forte minus aut ille mibi sit
utilis, aut ego ei accommodatus, utrumq; nostrum tandem
poeniteat: te tui iudicij, qui talem delegeris: me meæ fortu= D
næ, qui neminem reperiam quem meo studio meisq; officijs
libenter complecti debeam. De Steph. Saulio quod qua= ut
ris, est is Romæ, cō statim profectus, ut Hadrianus noster
Pont. Maximus renunciatus est. rogatus à me per literas,
quid tam alieno tempore ad urbem properasset, rescripsit
nihil sibi fuisse longius quam ut ibi esset, ubi Bendinelli
fratris sui iniuriam ac mortem aliquando ulcisceretur, si= D
mul et de fructuofissima illius sacerdotij procuratione re= ut
cuperatorio iudicio primo quoque tempore experiretur.
Est cum eo M. Ant. Flaminius, homo, ut scis, nobis cū per= D
petua animorū uolūtate, tum firma studiorū societate con= ut
iunctissimus. Ambos à te, si uoles, saluere meis literis iube= D
bo. Sed quid quæro uelis ne, qui pro uestra inter uos neces= ut
situdine, id te nō nolle, atq; adeo cupere certo sciam? Sic
igitur propediem faciam. Tu uero meis uerbis uelim ijs sa= D
lutem imperti as omnibus plurimam, quoscunq; prædica= ut
tione tua nobis istic adiunctos & cōciliatos esse uoluisti.
Vale; & sic te in isto laudis atque industrie cursu gere,

D ut

ut ualetudini tuae in primis seruias. Patauij, x v i. Caled.
Iul. Quæ tibi suprà de pueri apud me uicturi conditione
recepisti, præstabuntur ea quidè bona à me fide omnia, atq;
etiam aliquanto quam scripsi commodius & prolixius:
sed quando ab existimatione mea alienum uidetur, ut mihi
hac in re à quoquam prescribatur, eum ad me uelim mit-
tas, qui se fidei meæ penitus cōmissum, atq; mihi plane tra-
ditum esse arbitretur.

CHRIST. LONG. IO. PETRO MA=
CHIAVELLO S.

CVm ipsius Antonij Francini aduentus mihi per se iu-
cundissimus fuit, tum hoc iucundior, quod ex multo
& accurato eius sermone facile cognoui, eam mihi abs te
adhuc præstari memoriam atq; benevolentiam, quæ sit ab
homine amicissimo & longo usu coniunctissimo expectan-
da. Omnino enim uerebar, ne diuturna mea cessatione of-
fensus, alieniore à me essem animo: præsertim qui nec in eo
quod tibi anno superiore per literas pollicitus essem, fidè
meam liberassem. Verum ea, ut nosti, repete inciderunt tē-
pora: quæ mihi non modo istuc ueniendi, sed mittendi fa-
cultatem omnem prorsus eriperent: quibus ipsis rebus, et si
me tibi satis purgatum esse debere arbitrabar, tum optatis
sum mihi fuisse scito & gratissimum, quod de tua erga
me uoluntatis constantia atq; perpetuitate Francinus no-
ster mihi nunciauit. Nam de me sic tibi uelim persuadeas,
ita à me absentis tui coli memoriam, non modo ut quic-
quam de meo in te amore imminutum non sit, sed id ipsum
quod fuit, etiam longo consuetudinis tuae desiderio sic au-
ctum atq; incensum, ut nihil hoc tempore, quam ut te ui-
deam, mihi sit longius atq; antiquius. Prescriberem hic ti-
bi omnem uitæ studiorumq; nostrorum rationem, nisi eam

Fran

Frācino ea sanè lege aperuiſſem, ut te de genere toto certiorē ipſe faceret. Ex ipſo igitur ſubtilius ſingula. Hæc à me ſummatim pauca. Sic dei benignitate ualeo, ut cum maxime: ſic ocio fruor, ut qui ſuauifime: ea denique tum ſpe uiuo, tum conſcientia ſuſtentor, ut ſi homini Chriſtiano in animo ſint omnia, neque muſer neque ſanè ſim infelix. Vale. Patauij, v i i. Cal. Iun.

CHRIST. LONG. ANDREAE

NAVGERIO S.

CVm ad x v. Calend. Iul. hac potiſſimum de cauſa Venetias uenijſſem, ut ab Rhamnusio naturalem C. Pliniſ historiam auferrem, intellexi nihil ei abſ te ea de re adhuc miſſum eſſe: ego uero iſſdem quibus ei Clementem Britannum literis commendafſes, promiſſi tui rationem completam eſſe arbitrabar: quod ipſum quando non accidit (festinanter enim, & eo tempore properante Clemente ſcripſidi, ut mihi mirum non ſit, te, de eo quod mihi pollicitus eſſes, fugiſſe tum ſcribere) fac, ſi me amas, ut ex literis tuis liber is nobis primo quoque tempore curetur. Vix enim credas quantam nobis illius inſpiciendi cupiditatem excitaris: ſimul & hoc tempore nactus ſum aliquid oīj, quod libenter in eius generis lectione ſim omne poſiturus. Narrauit mihi Calceranus noſter, te totum eſſe in literis, quod equidem non ſum miratus qui ſcirem te iſtò proſectum, ut ſtudijs tuis fruerere liberius. quod autem addidit, te etiam ſuauifima Baptiſtæ Turriani doctiſſimi hominiſ consuetudine uti: iſthuc uero ipſum tibi & gratulor, & penè etiam ſubinuideo. Sed ſiquando in iſta loca uenero (quod quidem primo autumno futurum ſpero) faciam ut tu item mihi fortaffe gratulere. Interim hominem meis uerbis uelim ſalucre iuu-

D 2 beas,

beas, atq; ipse tu ualetudinis tuae rationem in primis ha-
beas. Apud Bembum est ut uolumus. Vale. Patuij, I X.
Calend. Iul.

CHRIST. LONG. LAURENTIO
BERTOLINO S.

Nunquam fore putaui ut aut res de qua ad te scribe-
rem, aut etiam uerba quibus tecū agerem, mihi dees-
sent, præsertim si tam longo interuallo literas dare: sed pla-
ne nunc desunt, nec quid scribā, nec quomodo scribā satis
occurrit. E quidem et si ipse me non ab omni culpa omni-
no uindico, qui commiserim, ut qui sit rerum tuarum sta-
tus etiam nunc ignorē, atq; ex eo genus scribendi nullum
reperiam: tamen tuum fuerat, etiam tacente me, de eo ipso
mihi aliquid mittere. Nam de uitæ meæ ratione, tum iſtic,
tum Romæ uel ex P. Bembo certior fieri potuisti; de te ue-
ro quem rogarem adhuc habui neminem, præter Verardū
fratrem tuū, qui me anno superiore tuis uerbis quidem sa-
lutauit, sed eo sanè tempore, cum hinc profecturus, e quum
jam admitteret. Idem cum nuper fecisset Antonius Franci-
nus, & nunquid ad te uellem rogasset: quanquā quod scri-
berē non habebam, tamē hæc tibi breuiter significāda exi-
stimaui. Primum eo me adhuc erga te esse animo, quē cum
singularis tua probitas atq; humanitas, tum uero innume-
rabilia tua in me officia mereantur & postulent. Deinde
fixum meum manere consilium, quod tibi Lugduno dece-
dens aperui, cum mihi decretum esse dicerem, quiduis po-
tius perpeti, quam à sperata studiorum meorum laude an-
te aliquot annos discedere. Postremo ea me frui tum cor-
poris ualetudine, tum animi tranquillitate, ut si nobis res
paulo sit uberior, beati plane & esse & numerari possi-
mus. Sed hoc fortuna uiderit. Tu si posthac literas meas
uoles

uoles elicere, mitte ipse aliquid unde mihi epistolæ argumentum nascatur & sententia. Ioanni Zenobio, Verardo, fratribus tuis, uiris optimis, plurimam uelim à me salutem impertas. Vale. Patauij, v i. Cal. Iul.

CHRIST. LONG. ANT. FRANCINO S.

Soluerā istinc eo, ut scis, animo atq; consilio, ut simulacrum Patauium appulisset, exararem literarum aliquid cū ad alios nonnullos, tum uero ad Philippum Strozam, Alexandrum Paccium, Verardum Bertolinum, de quibus nobis multus tum hic, tum istic fuisset sermo. Verum cum nihil in mentem ueniret, quod hoc quidem tempore illis à me recte mutteretur: supersedendum putaui, non ullo quidem scribendi labore, qui mihi uel omnino nullus, uel certe fuisse suauissimus, sed inepta potius & odiosa, & à me profecto aliena inanum literarum ostētatione: præsertim cum tuis essem, qui & mea causa uelles, & rationem consiliorum rerumq; mearum omnium ad eos aliquanto eleganter deferre posses, quam id ego ullis excipi literis. Sic igitur ut spero facies, hoc est, eos meis uerbis diligenter salutabis: simul & si nostra audire cupient, dabis operam, ut ne ulla in re literas meas desiderent. Nosti enim omnem status mei conditionem. Literas porro, quas ad Laurentium Bertolinum, & Ioannē Petrum Machiauellum do, uelim primo quoque tempore eis reddendas cures, nisi tu forte ipse Florentiam propediem cogitas: id si est, malim eas abs te accipiant, ut earum sermonem ipse oratione tua statim subsequare. Sic enim ab eos scribo, quasi ex te pleniū omnia cognituri sint, quæ literis meis leuiter attingenda existimau. Sed hoc commodo tuo. Illud te etiam atq; etiā uehementer rogo, ut cū illò ueneris, mandata nostra tibi curæ esse uelis, ego quidem hic & memoriam tui

D 3 sum

summa benevolentia tuebor: & literas tuas ea quam mihi ostendisti s̄pē expectabo. Vale. Patauij, ad 111. Calend. Ianuarij.

CHRIST. LONG. BERNARDINO

CORTONAE S.

CVM nuper Fulvium fratrē tuū ubi essem, & quid age
res rogarem: esse te quidem ille Foroiulij Carnorum
respondit: quid uero ageres, id se nō modo nescire, sed nec
tuas omnino literas ulla iampridem ratione elicere potuīs
se. Vereri autem se, ne quid ad te delatū esset, quo animus
tuus sibi esset offensior. Tum ego, qui te nō sine causa ista
taciturnitate aduersus fratrē tuum uti arbitrarer, et ipsum
etiam sibi parum utilē adhuc fuisse suspicarer: uide inquā
ne te hic ita geras, ut merito ille tibi succenseat. Studiū in=
quit, in me fortasse desidereret: grauius admissum nullum re=
periet. Quid tu, inquā, an sceleribus modo putas, & atro=
cioribus delictis animos honorū offendī, non etiā ignauia,
inertia, luxuria, lasciuia, eorū præsertim qui spem aliquā
industriæ & uirtutis nobis aliquando præbuerint? Multa
in hāc rationem cū disputasset, simul et illud ab eo expres=
sisset, auersam esse à se cistellā quandā tuam cū aliquot su=
dariolis: et si rē leuiorē esse iudicabā, tamē grauiſſime eum
corripui, perfeciq; ut ille lacrymas uix tenens, tū iusta ad=
uersus se indignationē tuam esse fateretur, tū mihi gratias
etiā magnas ageret, quod admonēdi sui curā suscepissem.
Quid multa? pollicitus est se in potestate tua futurum, ac
iuri ciuili, aut etiam literis (nam dialecticis quidem & phy=
sicis non admodum delectatur) ex autoritate mea posthac
operam daturum. Vno se tantum angi dixit, quemadmodū
tibi satisfaceret, quem à se mirādum in modū alienatum
esse non dubitaret. Pœnitentia satisficeris, inquam, & rea=

liqui

liqui temporis diligentia. Hic ille cū perturbato uultu ob= iurgationis tue acerbitatē horrere uideretur , nec cō à me adduci, ut ad te proficiseretur, facile posset: recepi me cu raturum per literas, ut omnem tu prius offensionem depo= neres, quām ipse in cōspectum tuū ueniret. Quare si quid forte propter infirmitatem ætatis minus ab eo studiose, uel etiam prudenter factum esse uideatur: peto abs te, ut uel humanitatis tuæ uel fraternæ necessitudinis, uel mea deni que causa adolescentiæ eius ignotum esse uelis. Magnum tibi sit, quōd se respexerit, quōd superioris uitæ detestatus errata id consiliij ceperit, quod ipsi fructuosum fore nō due bitem, tibi certe gratum esse debeat et incundum. Confir mauit enim mihi, sc in studio ita euigilaturū, ut paucis mē= sibus tantum sis ex sua industria percepturus uoluptatis, quantū exactæ uitæ inertia traxeris doloris . Scio equidē tibi hoc non facile persuaderi posse, nec item meum esse, alienæ uoluntatis ac sententia , præsertim adolescentis hominis, sponsorem fieri : sed tamen ea ipsius fuit tum o= ratio , tum etiam asseueratio , ut mihi fidem faceret, et eum talem qualem uolumus , futurum confiderem. Quōd cum ita sit, uelim eum quoque posthac omni fraterna pie= tate complectare , id est, in bonæ mentis cursu eum sic ad= iuuandum cures , ut in tuendis studijs suis neque fortunæ iniquitatem , neque cuiusquam accusare queat iniuriam aut illiberalitatem . Hoc ut facias, te non tam mea iam aut ipsius, quām tua plane causa rogo . Tua enim maxime o= mnium interest: fratrem tuum, id ætatis, cui nemo non faci le concedat, ea indole , de qua optime sperare liceat, omni potius officio et lenitate ad optimam spem excitari, quām nimia severitate ad nouissima consilia traduci atq; detru= di. Sed hæc tu pro tua prudentia cōsiderabis melius. Mihi

D 4 tamen

tamen gratissimum feceris, si, quod has ad te scribens fore
michi persuadebam, ei te facilem & exorabilem præbueris,
quod ut uelis te uehementer etiam atq; etiam rogo. Vale.
Patauij, pridie Calend. Iul.

CHRIST. LONG. NIC. DRACONI S.

Quid tu istic de Varamiano, aut alio quo quis ad stu-
diorum nostrorum rationes apto & idoneo confe-
ceris, nescio. Nam ex literis quas mihi Paulus Sauornianus
nuper à te reddidit, incerta adhuc omnia esse cognoui. ego
quidem interim hic Fulium tuum, uel nostrum potius, in
hanc sententiam perduxii, ut ad bonam frugē sibi iam tan-
dem redeundum putaret, ac se uobis suisq; dignū aliquādo
præbere uellet. Visus est mihi adolescens neque in errore
esse pertinax, neq; ad ea quæ honestiora sunt percipiēda,
tardus. Certe enim mihi statim pollicitus est se curaturum,
ut omnem superioris uitæ inertiam à se abiectam esse intel-
ligeremus, atq; ita abiectam, ut nulli suorū æqualium neq;
studio, neque labore, neque assiduitate cedere iudicaretur.
Sed quoniam huiusc inductionis animi atq; recentis uo-
luntatis fidem uobis à se fieri posse desperaret, contendit à
me, ut sibi ad te & ad Bernardinum fratrem suum literas
de se accurate scriptas darem. quod ipsum hoc feci liben-
tius, quod eum hac ratione, quæ ad ocium eius tuendum
sunt necessaria, facilius cōsecuturum uiderē, præsertim te
autore, qui quātum apud fratres eius ualeas, & mea etiam
causa uelis non dubitem. Sic igitur hominem tibi commen-
do, ut magis ex animo, iustiore ue de causa possim nemine.
Peterē hoc à te pluribus uerbis & uehemētius, nisi ea esset
adolescētis ipsius tum causa, tū pudor, qui te uel sua spon-
te ad rē suscipiēdam cōlectendamq; inuitaret. Quin fra-
trem apud fratres in gratia facile positurus sis ambiguū
non

non habeo: illud tantū bonus adolescēs reformidat, ne acerbioribus illi uerbis secum agere uelint, quām fraternæ pie tatis uinculum patiatur. Huic tu malo, mi Draco, accōmodato ad eam rationem sermonis tui lepore, uelim in primis medeare, atq; ita occurras, ut prius quām congregiantur, omnē isti ex animo offensionem deposuerint, placatosq; se & equos ueniēti fratri præbere parati sint. Sed de Fulvio hactenus. De me uero sic habeto: nullius me rei expectatione & que suspensum esse hoc tempore, atque illius de qua inter nos proxime scripsimus. Quare, si me amas, uel potius quantum me amas, tantum in eam rē incumbe, facq; ut abs te propediē aliquid ex animi nostri sententia confessum esse intelligamus. Ego etsi ad uos ex Iribus aut etiā Calendis Septemb. cogito, tum ut ultimam istam Venetiæ oram, & Carnorum regionē perlustrem, tum uero ut eos quos mihi istic comparasti amicos uisam & complectar: uelim tamen interim Canullo Colloretano salutem diligenter referas, eaq; amplissimis uerbis à me polliceare omnia, que sint ab homine amicissimo expectāda. faciā, ut nihil ei temere de me receperis. Vale. Patauij, Prid. Cal. Iul.

CHRIST. LONG. OCTAVIANO

GRIMOALDO S.

CVM Ludouico Stephaniano, qui tibi has literas redidit, nulla mihi quidem intercedit familiaritas aut consuetudo, sed ea est necessitudine atque amicitia Nicolao Leonico, cuius me causa omnia tum uelle, tum etiā debere non ignoras, coniunctus, ut si amicorum communes sunt etiam amici, mihi nō poscit esse nō necessarius. De hoc ipso mecum egit accurate Leonicus, ut eum diligenter commēdarem: quod facio, teq; uchementer etiam atq; etiam rogo, ut si quid unquam honoris mei causa factum esse uoluis

D 5 luist

*curby rebus nos
cum omnes para-
mus*

 luisisti, in ipsius Stephaniani negocio quanti à te fiam de-
 clares. Quibus rebus eo posse commodare, nec tibi ob-
 scurum esse arbitror, qui rationes eius iampridem conso-
 lidaris: et si forte dubitas, ab ipso diligenter edocebere. Li-
 brum Rodolphi Agricolæ de inuentione dialectica, quæ,
 ut scis, diu sum oblitus. Egnatio mittere, & ipse aliquan-
 do tandem cū ad eum pertulisse, oblitus quoq; sum istinc
 discedens auferre, uelim mihi referendum cures. uidetur
 enim Egnatius noster tam in eo remittendo indormire,
 quam ego in eo mittendo immemor fui & obliuiosus. Ve-
 rum tamen ipsius commodo: hoc est, si eo, ut constituerat,
 & ut ego opinor, iam satis est usus. De republica mirū in
 tanta rerum omnium perturbatione silentium: quod tamē
 diuturnum fore non puto. Sed nihil in his malis tam hor-
 reo quam Turcarum classem: quæ cum in cursu esse dica-
 tur, quò tamē cursum teneat, adhuc ignoratur. Tu si quid
 de Regum nostrorum insania uel furore potius habes ex-
 ploratum, fac, amabo te, sciā. Vale. Patauij, prid. Cal. Iul.

CHRIST. LONG. FRANCISCO

BELLINO S.

Nescio quam tu hodie mei uisendi cupidus fueris,
 qui, ut me domi in aduetum cotinerem tuū, heri non
 difficulter impetraras. Me quidē longa tui expectatione
 suspensum acriter torsisti: sed nō impune seres, neq; ullam
 sanè maximi hymbris excusationē accipiā. Quo enim dies
 ipse tēpestatis extitit fœdior, hoc scilicet fuit ad horas
 multas suauissimo sermone consumendas aptior & accom-
 modatior. Nūc autem cōmisisti, nō modo ut tua, qua qui-
 dē delector plurimū, sed ut Bembī etiā iucundissima cōsu-
 tudine hoc ocioso die carerē. Omnino enim ad eum aditu-
 rus fui, nisi ut te domi oppererer heri tam diligenter meū
 egiss

egisse. Hoc te scire uolui, cum ut ne me posthac aduentus
tui expectatione frustrere, tum ut ad querelam meā si quid
forte potes præter nimbos & tonitrua meditere. Nolo
enim te imparatum & mutum offendere. quāquam ea tua
est ratio, ut quid causæ afferre possis, non dispiciam: nisi
hoc fortasse dis, tanti tibi sermones nostros nō esse, ut pli-
uio ad me cœlo, ac lutulenta uia accedas, qui sericatis cal-
ceis utare. At qui perpetuis porticibus tectus uenire potui-
sti, & fuerunt nonnulla nimborum interualla. Sed haec ex
te malo cognoscere. Tu, si commodo tuo potes, fac statim
à cœna congregiamur, est enim quod te uelim.

CHRIST. LONG. IAC. SADOLETO
PONTIFICI S.

Ego quidē mi Sadolete, sine me (quæso) quod nec stu-
dijs nec amicitia nostra indignum, paulo tecum fami-
liarius agere quam uel summa tua autoritas, uel perpetuum
meum de tua singulari uirtute iudicium patiatur. Ego igi-
tur mi Sadolete sic mihi antea persuaseram, esse te uirum
omnino cum omni literarum genere præstatiſſimum, tum
uero incredibili quadam integritate atq; animi constan-
tia admirabilem: tanta autem te uel humanitate uel suauita
te præditum esse, plane nesciebā. Sic enim uitam hominum
esse arbitrabar, uti quisq; grauitate, tēperantia, dignitate,
doctrina maxime excelleret, ita se ad hæc familiaria quidē
officia minime demitteret. Nūc uero lectis tuis literis, quas
tu ad me eodem etiam exemplo plurimas & suauissimas
dedisti, sanè expectationem meam longe superasti, perfe-
cisti que ut ipse à me sis posthac etiam ualde amandus,
non ut antea laudandus modo & suspiciendus. Nam
quod me turbulentissimo illo tempore Melliniano, cum
incredibili omnium ordinum inuidia istic arderem, tuis
sen

sententijs persæpe ornasti: quòd causam nostram & in
 Senatu, magno cum tuo periculo, & apud Pontificem
 Maximum summa mea cum laude egisti: deniq; quòd cer-
 torum hominum offensiones, & multitudinis calumnias
 fortiter subieris, nihilq; tibi uel salute uel dignitate nostra
 antiquius esse ostenderis: multū tibi quidem, imò uero tan-
 tum ijs nominibus debo, ut si subductis rationibus tabu-
 las conferre libeat, soluendo sim nūquam futurus. Verum
 ista ut neq; tuo erga me amori dedisse, neq; tuendi iudicij
 tui constantiæq; tuæ causa potius quam quòd id æquū esse
 putares, fecisse uideare: sunt tibi quidem certe cum P. Bem-
 bo, P. Paccio, ac nonnullis item alijs uiris clarissimis cōmu-
 nia, quos in innocentia nostra tuenda pari tecum studio,
 industria, gratia, autoritate contendisse non ignoras. At
 uero quòd tu ista doctrina, dignitate, amplitudine uir, tot
 priuatis, tot publicis distentus negocijs, ad me, ne literis
 quidem meis subinuitatus, ea quæ discessum meum consecu-
 ta sunt omnia, tam accurate, nec id una epistola, nec aliena
 manu perscripsisti, præsertim cū id ut scirem, tua nullā in
 partem referret, mea plurimum interesset: in hoc quidē so-
 cium habes neminem: hæc scilicet animi tui probitas, hæc
 facilitas, hæc in hominem exterrū & multitudinis inuidia
 abiectū humanitas, plane tota, quantacunq; est, quæ certe
 apud me maxima est, tota est inquam tua: itaq; me tibi de-
 uinxit, ut nulla iam oratione cōsequi possim, quanti te fa-
 ciam, quantū tibi debeā, quantū mibi omniē in partē enite-
 dum esse uideā, ut me gratū memoremq; semper intelligas.
 Sed hæc suo loco, suo tēpore cōmodius. Nūc uenio ad tuas
 literas, quas hic quatuor epistolis accepi: quanquā id iam
 superuacaneū in plerisq; earū uideri posſit. sed quando ita
 uis, geretur tibi mos, & singulis ordine, quēadmodū postu-
 las,

las, à me rescribetur. Ad primā, quam ad v i. Id. Septemb.
cum in Britanniā iter haberem, dedisti: tibi hoc rescribo,
me uero ea iā inde ab ineunte adolescentia fuisse mēte atq;
animo, ut ne cui æqualiū meorum ingenuarum artium co
gnitione cōcederem. Nunc autē summo studio conniti, ut
me cum uobis patronis fuisse nō indignum, tum insolenti
atq; scelerata istorum insectatione multo indignissimum
æqui & iniqui aliquādo intelligent. Nam quōd statim à
professione mea in celeberrimo amplissimi collegij conses
su, ipso quoq; audiente Pont. Maximo, ita sunt in me inue
cti, ut parum absfuerit, quin omniū propè sentētijs hostis
absens iudicarer: id equidem multorum literis Genuæ pri
mum, deinde Lugduni cognouerā, plenius autē apud ex
tremos hominum Morinos, atq; adeo apud ipsos toto di
uisos orbe Britannos eadē omnia intellexeram. Quò non
enim gentiū contumeliosæ illius & peracerbæ actionis fa
ma peruenit: quas non terras urbanus ille tumultus perua
sit: ipsis nimirum (opinor, ut se exteris nationibus aliquid
& esse & fecisse ostenderent) tum suis, tū amicorum literis
hosce rumores dissipatis. Profecto meorū pleriq; ut pri
mum in cōspectū ueni, nec oculis suis satis credere, nec me
saluum arbitrari: cæteri uero, quod quidem Gallis in more
positum non est, arctius etiam me amplexari: etenim qui
bus nihil & que præter spem accidisset, atq; ut me in colu
mē intucentur. Ut autem à me redditum in Italiam adorna
ri intellectum est, non dici potest, quibus precibus, quibus
promissis animum meū ab eo cōfilio ad remanendū tradu
cere sint conati. Quod postquā se frustra moliri uiderunt,
ad minas conuersi, diris atq; execrationibus me defigere,
qui spem suā tam crudeliter fallere: nullo me non supplicio
dignum iudicare, qui sciens ac prudens in ipsam inuidiæ
flam

flammam me coniijcerem, qui contumaciter spretis neceſſariorum, propinquorumq; & optime de me meritorum hominum precibus, ad inimicorum meorum carnificinam festinarem, quam me semel euafisse magni miraculi instar esse ducerent. Sed extreſum iſthuc parum ad literas tuas: in quibus quod a Pont. Max. accusatoris nostri actiones ita laudasse, ut causam meam superiorem diceret, fuit id mihi quidem, pro eo sanè ac debuit, apprime gratum: uerum illud tibi minime aſſentior, illum nominis nostri delatorem optimo omnia animo feciffe, atq; ſummis uirtutibus ornatiſſimum eſſe. Quibus ille uel naturæ uel fortunæ ornatius ſit præditus, plane nescio: eſt quidem peſſime tum de me, tum etiam de ſeipſo meritus, qui contra bonorum omnium uolūtatem, præter ius omne ac fas, auſus ſit me abſentem, imò ne in ius uocatum quidem, in magno conueniu, apud principem ipsum, nō tam accusare, quām probris omnibus impudenter perfundere. quod cuiusmodi ſit, ipſe & quiſ tu multo dijudicares, ſi ut es infamiae inſolens, eodem loci impuris conuitijs, nō magno tantum silentio, ſed mirifica etiā quadam conuictiōrum tuorum laude iacta rere. Tu optimum illum mihi, tu ornatiſſimū, qui alieni capitis periculo histrionicæ nescio cuius gesticulationis famam aucupetur: qui ueræ pietatis oblitus, apud ipsos religionis Christianæ principes, in hominem Christianum immaniter debacchetur: qui fœdam illam ciuium ſuorum ſeditionem ſibi concitandam putarit, ut per hominis noui innocentisq; contumeliam, uel apertum potius exitiū, non men illustraret ſuum: Tantum abeft ut causam eius mihi probaris, ut ne rationem omnino inire poſſim quemadmo dum mihi Pont. Maximū & purpuratos iſtos patres excuſem, quos certe nihil minus decuit quām iſti in me declamādi po

di potestate facere. Sed dixit perquam apposite. hoc per=
inde est mi Sadolete, ac si tu eum apud me de eo laudares,
quod cō uitium mihi egregie fecisset. Nolim equidem ipse
quequam odisse, nec si iustis etiam de causis odi, alios ue=
lim in sententiam meam trahere, at qui permagni interest,
purges ne apud me aduersarios meos, an ornes: quāquam
nebulonem istum ne excusari quidē abs te posse reor, qui
cum sub profecionis meæ tēpus per communes amicos, ac
etiam Regis Franci legatum mecum egisset, facilimeq; im=petrasset (quis enim me humanior?) ut in gratiam redire=mus: continuo tamē à discessu meo, non contentus ijs scili=ct que in præsentē tota urbe euomuisset, ausus est: sed nō
faciam ut uulnera mea s̄epius refricem: ulciscar hominem.
quid dixi: imò hominē amabo, petulantia eius ex perfidiā
semper auersabor. Parum tibi è religione Christianus ad=huic uideor? Sit igitur sanè per me quidem, quando ita tu
uis, nec ipse mihi immittior quām sibi fuit, uel optimis uel
ornatissimis: nec tam ipse accusandus quām scelesti illius
Subscriptores insectandi, quorū cōsilijs actus insanire cō=perit. Quod autē me mones, ut aliquāto maiorē ualestudi=nis meæ quām studiorum nostrorū rationem habeā: agno= sco humanitatem tuā: sed mehercule non sum tam studiosus
quām tu fortasse existimas, nec salutis meæ tam securus,
quin malim hoc ocio diu perfui, quām nihil statim ne=scire. Nam quod̄ aīs prolata defensione nostra, non mo=do causam meam omnibus probatam fuisse, sed magni etiā
inde me oratoris nomen retulisse: ego uero utrū molestius
ferre debuerim, nescio: inimicorū ne uulnus, an potius ami=corū remediu. Illo enim in me totius propè Italiæ odia cō=citata audio: hoc me uobis ridiculum præbuisse nō dubito.
Etenim doctis hominibus eā orationē tātopere probari ut
cred

credam, fieri quī potest, quae ne meū quidem iudiciū unquā
 promererī potuerit? Solari me scilicet in tanta calamitate
 uoluisti, ἀ μήνς μᾶλλον ἐρωνέαρ φῆ μὴ μυκτῆρα οἶον ρῆτη-
 κὸν προσθετοῦ τῷ ἐπαίνῳ. quā tamē in sententiam adduci non
 possum, qui in te non minus fidei & humanitatis, quam
 prudentiae semper & consiliū esse iudicauī. Verum quo-
 quo modo res se habet, dabitur à nobis opera, ut et Italorū
 uoluntates recuperemus, & labefactatam ingenij no-
 stri fidem aliquando recipiamus. Singularem erga me P.
 Paccij & fidem & animum, uehementē item Bapt. Casal-
 ij in tuēda dignitate nostra propugnationem, et si corā
 perspexeram, neq; de eorum cōstantia quicquam dubita-
 bamus: fuit mihi tamen ex literis tuis cognoscere periucun-
 dum, quām fideliter, quamq; honorifice etiam absentis
 causam defendissent. Istius patrocinij ne eos unquam pœ-
 niteat, diligenter curabimus. Quod me ad extremum hor-
 taris, ut forti animo inimicorum iniurias suffera, simul &
 quātum mihi elaborandum sit uideam, ut incredibili que-
 de me excitata est, expectationi satisfaciā. Ego uero p̄r-
 clare utrumq; mihi facere uideor, qui & illas iampridē de-
 uoraui, iamq; concoquere incipio, & ad eam quam de me
 cōcitatiss, sustinendam opinionem me dudum comparaui.
 E quidem in hoc sum uno dies ac noctes totus, ut (quod
 initio tibi sum testatus) tum me uobis patronis fuisse non
 indignum, tū uero capitali illa & famosa insectatione mul-
 to indignissimum, non solum hæc hominum ætas, uerum=
 etiam omnis posteritas intelligat. Iam uenio ad epistolam,
 quam prid. Id. Decembr. cum Mediolani (opinor) essem,
 dedisti: cui quidem tamen quid respondeam non sanè ha-
 beo. Tantum enim mihi de meo in Italianam reditu gratula-
 ris: sed ita mehercule, ut humanitatis amorisq; erga me tui
 uesti

uestigia nullis quidem literis imprimere potueris illustrio
ra. Nam cum nullum meum extet in te officiū, tua uero in
me toti iam Italiæ nota sint merita, sic tamen negas quæ in
me contuleris conferasq; beneficia, prætermitti abs te sine
scelere & summa inhumanitatis nota potuisse. Hæc ipsa
sunt mi Sadolete charissime, quæ me tibi magis quam illa
ipsa beneficia deuinciunt, quæ mihi somnum subinde ex=
cutiunt: nec me uigilare sine cura, opinor, patientur, quo=
ad præclarū aliquod grati erga te animi documentū pro=
tulerim. Ad Pont. Maximū scribendi sic mihi autor es, ut
interim nec qua ratione, nec quatenus cum illo nos agere
uelis præscribas. Atqui id in primis abs te expectabam.
Veruntamen si quemadmodū tu scribis, literæ illi mee si=
lentio gratiore futuræ sunt, non committam ut in eo offi=
ciū nostrum diutius à quoquā desideretur. Nicolaus Te=polus
talem se nobis hic præbuit, qualem tu mihi illum fore
prædixeras. studiosus est & doctus, & homo apprime tē=peratus: humanitate uero tanta præditus, quātam ab eius
ordinis nemine expectaram. Hæc ad alterā epistolam. Nā
ex tertia prospexi quam uel in scribūdis ad me literis essem
officiosus ac diligēs, qui simul atq; tuas mihi nondū red=ditas esse intellecteris, duas illas superiores cū ea quam ad
Gul. Budæum dedisses, eodē mihi exemplo statim curaris.
In quo illud quidem peropportune cecidit, quòd hac mihi
ratione tuam ad Budæum, legendi potestas facta sit. qua
sane ex re tanta sum uoluptate affectus, ut hoc equidem
tempore nulla potuerim magis. Sed quoniā idem Budæus
ad Bembum quoque nostrū scripsit, literasq; eius elicuit,
mitto tibi illarum exempla, sed ea mediusfidius lege, ut tu
me item Budæi ad te epistolæ participem facias. Nā quòd
Lælium Maximum in mittendis tuis ad me literis negli-

E gentiæ

gentiæ accusas: ille autem statim ut me Venetias appulisse audiuit, officio functus est. postridie enim quām tibi scripscrā, tuas omnes accepi. Vellem idem Lælius se mihi tam facile de taciturnitate sua purgaret, quām eum tibi hoc nomine excuso. Addebas Leoni nostrum ad urbem aduētum in expectatione esse maxima, frequentemq; & perhonorificam atq; amicæ uoluntatis plenam ab eo de nobis mentionem fieri. Id si ita est, nondum plane abiecti sumus, speramusq; istorum iniuriam nobis aliquando & honori & emolumento fore. Consedi autem hoc potissimum loco, quod & ab urbano isto tumultu sit alienissimus, & eorum mihi librorum hic fiat potestas, sine quibus instituta à nobis opera recte perfici atq; perpoliri non possint. Nam quod suspicaris me Bembi nostri consuetudine adductum hoc migrasse: ualuit illa quidem ad id plurimum, sed magis (mihi crede) locus ipse, & Nicenæ bibliothecæ quoties libeat exutiendæ facultas. Iam deinceps epistolæ quam ad me proxime, id est ante x i. Cal. Febr. dedisti, respondeo: atq; illud equidem primum, Mihi iam non esse nouum, me aste eorum fieri certiore omnium, quæ tu ad rationes nostras pertinere arbitraris. Deinde mihi gratissimum fuisse, quod qui tuus esset ea de re tota sensus, libere aperueris. Ego enim pari libertate animi (quod quidem te non nolle ostendis) quæcunque mihi in mentem ueniunt, diligenter perscribam. Sic enim te rebus meis consulere certo seio, ut salutis atque dignitatis nostræ rationem in primis haberi uelis. Atqui hoc in genere utraq; nobis constare ut possit, non plane dispicio. Nam ut sit incredibile totius erga me Florentini populi studium, ut præclarum nobilissimæ atq; sapientissimæ ciuitatis iuuentutem optimis tum moribus, tum literis instituere, deniq; ut ijs conditionibus & pre-
misi

mijs homo transalpinus accersar, quæ superbum sit ho-
mini Italo uel quamlibet excellenti doctrina prædicto re-
pudiare: uide tamen mi Sadolete, ne mea ea sit causa, ut
ego id muneris uel honeste subire, uel etiam sustinere
non poſſim, qui ius ciuile iam olim profiteri cœperim,
qui in foro Lutetiæ Parisiorum ita ſim uersatus, ut in cen-
tumuirale illud iudicium allegerer, qui nec Pannoniæ re-
gum nec Galliæ promiſſis cefſerim, nec eos quibus nos
Leo Pontifex Maximus ornatos eſſe uoluit, honores ab-
iycere poſſim, præſertim cum iſ otium noſtrum perhono-
rifice copioſiſime que adhuc tueatur. Hic tu mihi ſcio,
Julium Firmicum, Lucianum Syrum, Lactantium Fir-
mianum narrabis, quos conſtat relicto foro atque iudi-
cijs, ad hanc ſe uitæ partem totos contuliffe. Ego uero
etiam iſum M. Tull. Ciceronem poſt felicem illam nun-
quam ſatis laudati consulatus ſortem, poſt fortiter &
integerrime administratam Prouinciam, relatumq; inde
Imperatoris nomen, & laureatos făſces, quaſi ludum
amicis aperuiſſe ſcio: hac etiam ætate docuiſſe literas
Hermolaum Barbarum & Hieronymum Donatum pa-
tricos Venetos non ignoro. Addo illud: multos hoc fi-
bi instituto uiam partim ad consularia inſignia, partim
ad consulatum iſum muniuiffe, Senecas, Quintilia-
nos, Ausonios, Floros, Frontones. Sed iij illis tem-
poribus docuerunt, cum ea res multum etiam digni-
tatis afferret. Nunc cum & hæ iaceant artes, ad quæ
tu me uocas, & mihi populo ſcenæ que ſeruiendum ſit,
& tuenda in primis grauitas: uereor ut familiæ no-
ſtræ honori ſatis à me consultum homines iudieent, ſi
huc dēcendero. Sed contemnamus ſane uulgi opinio-
nem, ſtatuamusq; non poſſe cuiquam eſſe turpe id doccre,

E 2 quod

quod sit multis gloriosum scripsisse, omnibus honestū dicisse: etiā ne me obeundo muneri parē fore putas? Ego sane, quod me fateri quidē pudet, sed hic fatear necesse est, nondum ad eū doctrinæ gradum perueni, ut quisquam ea in re optima mea opera uti possit. Magnū cft, mihi crede, negotiū, & laboris & desperationis plenū, acerrimo eruditæ illius ciuitatis iudicio satisfacere: cui haud scio an Argyropoli, Chalcondyli, Lascares, Aretini, Politiani, Landini, Marcelli omnino satisfecerint. Auget hanc meā diffidentiā non tam conscientia mediocritatis nostræ, quæ tamen ipsa maxima est: quād quōd incredibilem expectatiō nem illic esse uel aduentus uel doctrinæ nostræ prædictas. Quis enim tantæ opinioni respōdeat? Ne tu hic illud modo sp̄ctes, quid de me aut certi homines, docti quidem illi & graues, sed nimis amantes mei iudicent, aut etiam ipse tu sp̄ceres: illud potius tibi fac occurrat, quantum id sit quod à nobis nūc præstari posse existimes. Præsenti enim & numerata pecunia opus est, nō ea quæ annua, bima, tria die curetur. Verum fac à nobis uel studio uel diligētia effici posse quæcunq; desideraris: uacuū ne etiā periculo cōsilium tuū, & me inuidiæ parē fore mihi præstabis? Scis quanto capitīs mei periculo Romæ certatum sit. Vicimus nos quidem, & iuste, deus immortalis, uicimus: sed tamen plus offensionis apud multitudinem ipsa uictoria contrāctum esse quād causa, nō ignoras. Quād tu me uel fortē uel prudentē hic esse uelis nescio. E quidē saeuissimas inuidiæ tempestates excitari iam prospicio, & imperitorū in me renouari odia. Hominum certe nobis aperte iratorum illa mihi iam audire uideor: Vnde nobis ab ultima Barbaria nouus Anacharsis iste? An non ille Italiæ inimicus: populi Romani hostis? Apagesis longum & infelix istud lolum

lolium. Eorum uero qui nobis obscurius sunt iniqui, aut etiam patriæ studiosi, paulo forte mitior fuerit oratio, sed haud ita dispar ad disturbanda cōfilia nostra ratio: *Quis nouus hic nostris successit sedibus hospes?* Non adeo neq; effœtam neq; ægrā esse Italiam, quin ipsa sibi dicendi magistros suppeditare posset. Non modo ad Hetruriæ populos, sed ad uniuersos Italos hāc pertinere: nec omnino disimulandam esse contumeliam, ut usq; trans Alpeis accersatur barbarus aliquis, qui Latinas in ipso Latio literas conserat. Præclare nimū mecum actum, quod in Romanā ciuitatem uestra paucorū factione irruperim. Iam non esse tolerandum, ut Romanos ipsis Latinas artes atq; literas tāta unus gloria in Italia doceā. *Quid quæris? eo me certe nomine, quasi ex iure manum consertū uocabunt.* quæso, quid tu? quid ego? qui cū inueterata illa ardeo iniuria, et sum istiusmodi hominum iniurijs nescio quo meo fato opportunus, tum uero me apte natura litium fugiens, nec ad subitas eorū uelitationes satis exercitatus. Age uero, uincatur omnes facile à nobis, uel iustis uel tumultuarijs prælijs. Horreo tamē adhuc τρῶας καὶ τρωάδας ἐλκεσιπέπλας: sed aliter profecto atq; Hector ille Homericus. Nemo enim istorū est, quin se de Italiæ nomine atq; dignitate optime mereri arbitraretur, si me inde, quando aliter non posset, uel ueneno uel ferro exturbaret. Vides iniquū pugnæ genus, in quo turpis infamiae plaga uicto accipienda sit, uictori paratum exitium, mortuo etiam misericordia defutura. *Quis enim uel meorum, uicem meam doleat, si semel facta naufragio, ipsisq; multum et diu reclamantibus, eō me iterum démisero, unde exitum nullum uideam?* *Quibus nam igitur, inquies, rebus adductus in Italiam reuertisti?* Primum, ut fidem quam de meo redditū uobis dederā,

E 3 liberarem

liberarem. Deinde, ut uestra doctissimorum atq; optimo-
rum uirorum cōsuetudine fruerer. Postremo, quod ad ex-
citanda souendaq; studiosorum hominū ingenia plurimū
conferre sum arbitratus cœli uestri clementiam, terræ ha-
litum, maris afflatum, atq; ut uno uerbo cōplectar omnia,
felicem illum ac plane diuinum Italiæ geniū sum secutus:
qui et si nobis, hoc est, transalpinis gētibus, sua sponte nō
admodum fauet, exorari tamen se nonnunquam patitur,
obseruantiaq; nostra & aſiduo cultu delinitus non mino-
re nos interdum indulgentia quam indigenas ipſos com-
plectitur. Hæc fere sunt miſadolete cur uicenis illis qui-
nis in annos singulos ſefteriorū nummū millibus haud
ita mouear, & rem totam ad uestrorum hominum quem-
piam deferri malim: quæ ſi tibi probabuntur, otio noſtro
& institutis à nobis ſtudijs bene consultum iudicabo: ſin
minus, in potestate tua tamē ſum futurus. Nec enim is ego
sum, qui confilium meum anteponi uelim tuo, quem toto
de me animo ac ornamentiſ commodiſq; noſtris pruden-
tiſime cogitare exploratum habeo. Sed fuit tibi gerendus
mos, qui cum multa ſententiæ tuæ conuenientia diſputa-
ſes, quare munus iſtud à me recuſandum eſſe non putares,
ad extreum uolueris, ut ſi à te in eo diſſentirem, diligen-
ter & continuo reſcriberem. quod quidem à me factū eſt,
eo etiam die quo tuæ mihi ſunt redditæ: fakturus id tamen
ipſum accuratiuſ & per otium, niſi mihi tuis literis hanc
festinanti neceſſitatē imposuſſes. Quod ſi tu bona fide,
tuæ in ſcribēdo incuriæ, tibi à me ignosci poſtulasti, quid
me hic tandem facere par eſt, qui ad te, idq; ſubito ſcribā: Sed non committam, ut tu me uel ineptum, uel delicias hic
facere existimes, præſertim cum iā dudum epistolæ modū
excesserim: ſi modo hæc una epiftola appellanda eſt, qua
ad

ad quatuor tuas uberrimas & elegantiissimas respondi, &
quam multa, si non quam paucis, haud ita certe multis ex=
plicui. In eo tantum te admonitum uelim, ut siue propter
literarum exilitatem, & πεπυκυωμένως compressos uersus,
siue etia propter manus nostrae rusticitatē, difficilior tibi
uidebitur harū lectio, cures eas tibi per librariū tuū lucu=
lentius describēdas: quod quidē inter se Budæū et Erasmū
nostrū factitare audio, quos tu, si me audies, hoc in genere
autores non aspernabere. Vale. Venetijs, Prid. Cal. Iun.

CHR. LONG. BERN. CORTONAE S.

Incredibilem cepi ex literis tuis uoluptatē: neq; eam ta=
men ex ea potissimum parte, quod & honorificē &
amoris erga me tui essent plenae: quāquam id sane ipsum
quoq; mihi fuit gratissimum: sed quod commendatione mea
adductus cum fratre tuo in gratiā statim redieris, atq; o=
mnes eius in te, siue iniurias siue inceptias appellare opor=
tet, mihi cōdonaris. qua etiam de causa maximas tibi, ut
debeo, gratias ago: simul & ut de ipso bene sperare uelis,
à te postulo. Mihi enim subuereri uideris ne is rem ad uer
ba non conferat. Depone (quæso) hanc suspicionem: quæ
quid tibi profutura sit, nō video: nūhi certe grauis et mole
sta est, qui te ista prudentia uirum, eo quod nunquam for=
tasse futurum est, malo iam laborare sentiā. Omnino enim
aut, quod spero, in officio erit, aut (quod deus auertat)
ad pristinos mores redibit. Si quod mihi pollicitus est, exi
tu præstiterit, gaudebis tu unus ex omnibus uel maxime.
Sin indulgentia tua abutetur, sibi totum, nihil tibi pecca=
rit. Deinde etiam illud tibi erit solatio, quod in eo sanan=
do quæcunq; potuerint adhiberi remedia, ea ipse tu ad=
hibueris. Et quando medicinæ facta est mentio, tu uelim
eo sis in fratre tuum animo, quo clementes medicos erga

ægrotos esse non ignoras, etiam eos qui sua culpa in morbum de integro inciderunt. Neq; enim corporis humani magis esse arbitror sæpius ægrotare, quam animi ipsius pesæpe falli, labi, errare. At qui morbos curare, ut alicuius sit non contemnendæ industriae & artis, nullius est tamen uirtutis: cōcedere autem delinquentibus, & se tam lenem deprecantibus præbere, quam placatū uitij nostris Deū optamus, hoc uero quiddam plane diuinum est: id est tuū: qui quominus uel actatis uel Dei ipsius beneficio iam delinquis, hoc te magis eos miserari, non odiſſe decet, quos aliquibus animi perturbationibus uexatos et occæcatos huc illuc temere raptari atq; ferri uideamus. Quare te cum de Fuluio tuo ſpem etiā nunc abijcere nolim, tu uero ita post= hac animatū esse uelim, ut si is iterū atq; iterum offendat, ei tamen sæpius ignoscēdum esse putas. ego quidē ipſe ite= rū atq; iterū deprecabor, & si bene te noui, etiam fortasse ueniā ei impetrabo. Sed de his nimis multa, præſertim ad te, qui si fraternæ pietatis ui & ſenu nihil tāgerere, Fran= cisci quidē Aſiſiatis uiri sanctissimi, cuius te æmulū pro= fiteris, exēplo cōmouerere, quem quidē omnium mortaliū mitiſſimū fuisse atq; leniſſimū omnes prædicat. Quod au= tē in extrema tua epiftola ſtudere te ostendis, ut idē frater tuus apud me uiuat: de eo ipſo ille mecum prius egit quam me autore iſtuc proficiſceretur: ac tuū quidē eā attuli cau= ſam, quā ipſe mihi uifus eſt facile accipere: nūc uero nihil uerebor me tibi indicare, atq; illud ſimpliciter fateri, tam longū mihi fuisse cū eo cōſuetudinis uſum, tantā interceſſe familiariitate, ut nullū mihi in eū neq; imperij neq; ar= bitrij ius relictū eſſe intelligā. Huc accedit, q; ea uestra eſt fortuna, ut nihil ei mecum uiuere ſit necesse. Mihi aut huius modi aliquo eſt opus, cui cū omnia adſint fratris tui orna= mента

mēta, tamen ea desit facultas, ut se hic suo sumptu cōmode
tueri possit. Nec enim ullo æque alio ac necessitatis uinculo
ministros in officio cōtineri iudico: hoc est, si illis explora
tū sit, se suis rationibus sine eo quicū uiuat, recte nō posse
cōsulere. Habes consilij mei rationē, quā tibi probatū iri
cōfido, spero quidē certe. cæteris aut in rebus quibuscūq;
tibi cōmodare potero, faciā ut mihi tua uolūtate nihil esse
cognoscas antiquius. Fuluio quidē ipsi neq; monēdo neq;
hortando, neq; si res coget, meo labore etiā subducendo,
ullo sum loco defuturus. Vale. Patauij, x v i. Cal. Aug.

CHRI. LON. FVL. CORTONAE S.

Eadem fere hora accepi hodie abs te & à Bernardino
fratre tuo literas, ut eodē mihi tēpore redditas, sic in
eādē oīno, quā de uestro in gratiā reditu, quā de Draconis
nostrī absentia, rationē breuiissime cōscriptas, quorū qui=
dē altero nihil nobis potuit esse gratius atq; iucūdius: alte
ro nihil facile molestius, ut q rem nostrā istiusmodi absen
tia desperatam, aut certe neglectā istic iacere perspicere:
quorū utrū minus uelim, nō facile dixerim: sed tamē malo
rem nihil facultati habuisse q hominis amici diligentia in
ea desiderare. Tu eum, quod te facere ostendis, rure uelim
excites, & cū ipso mandata mea digeras, atq; diligenter
persequare. Nam de Camillo Colloretano quod fecisti, sci
to mihi quidē fuisse gratissimū: sed illud nō minus fore ac=
ceptū, si cū de Varamiano aut alio quoquis confeceris, ita
ad nos confirmatus ipse reuertare, ut eo mihi gratias ali=
quādo Bernardinus agat modo, quòd te in ueterē suā grā
tiam restituerim, quo sunt illi hodie à me per literas actæ,
quòd se tibi tam facile atq; placabilē præbuerit. Draconē
nostrū uelim saluere iubeas, meisq; uerbis roges, ut quod
initio sua sponte suscepit, ac sane diligenter uisus est ge=

E s rere

rere negotiū, id mea causa ad exitū aliquando tandem perducī uelit. Quòd si uobis nihil istic occurrit, quod ex re mea esse uideatur, facite me quā primū de eo ipso certiorē. Hic enim, aut Venetijs facile reperturi sumus, quod nobis sit usui futurū. equidem mihi iam dudū ipse nullo negotio prospexisse, nisi rem totam, te autore Draconi permissemus: qua de re ad ipsum quoq; scribere cum in animo haberem, ac potius iam instituisse, impeditus sum uercundia. Metui scilicet ne me is parum in scribendo pudenter iudicaret, si crebras eadem de re literas à me acciperet. Tu si nihildum ad nos cogitas, aut etiam si propediē cogitas, fac tamē antequā uenias, literæ mihi à te ueniant. Vale. Patauij, x v i. Calend. Aug.

CHRI. LON. NIC. DRACONI S.

IAm literas tuas desiderare incipiebam, cū mihi opportune ad x i. Cal. Sextil. epistola est à te reddita: in qua illud mihi sane iucundū fuit, atq; haud scio an etiā iucundissimum, quòd te M. T. Ciceronis studiorem iam factū esse cognoui. Certe enim nō modo quædā aspersisti, quæ mihi eiusce rei significationē darent minime obscurā, sed etiā genere toto Ciceronianū quiddā mihi uisa est redolere. Laudo cōsilia, ac simul te pro mutuo inter nos amorem ad eius scriptoris lectionē etiam atq; etiā uehementer cohortor, uel currentē potius incito. Etenim si Latina lingua nō iam domestico aut forēsi ullo usu, sed tacita quadā inutorum doctorum cōsuetudine percipienda est: cui nos tandem potius ad descendū dcimus, quam illi qui omnium ætatum iudicio habitus sit omnium cruditorum eloquentissimus, eloquentium cruditiissimus? E quidē sic ipse statuo, primum fieri nō posse, ut quis cogitata sua præclare satis et ornate Latinis uerbis cōpleteatur, qui nō Ciceronis scripta diligenter

genter & attēte perlegerit. Deinde eum qui illius libros multum & studiose uoluerit, si quidē mediocri aliqua sit prudētia præditus, ea ipsa multis aliquādo fore admirabili: Sin modica uel etiam exigua tinctus, sic tamē inuenta sua literis mādaturū, ut in his nihil neq; putidū neq; ineptum à quoquā deprehendatur. Nec enim ego Ciceronē ex ea solū parte solitus sum mirari, q; accurata quadā orationis ubertate & copia omnes qui unquā usquā floruerunt oratores facile superarit: sed q; ea sit tamē in excogitando ingenij subtilitate, ut nemo acutior, tum in colloca-
dis & distribuendis rebus prudentia atq; iudicio, ut nihil ne fingi quidē possit cautius atq; omnino aptius. Huc accedit nō iam humana illa, sed plane diuina quædā orationis forma, quæ cū elegātia & dignitate sit præstantissima, tū uerò est facilitate atq; uenustate cōdita, ut quæ grauiissima sunt & ornatiſſima, & certis numeris studiosius astricta, illaborata tamen & simplicia & soluta liberius fluere uideantur. Hunc tu igitur, quod facis, & admirabere in primis, & quoad eius fieri poterit, etiam imitabere. Ut enim nulla eius laudē consequare industria, magnū tamē id erit & egregium, quod assequere, si optimo, quamvis magno interuallo, fueris proximus, aut etiā in tertījs atq; adeo in quartis constiteris. Sed aliò delapsus sum, qui ad literas modo tuas rescribere in animo habere. Non potui scilicet faccre, quin tibi paulò uberius explicarē, q; mihi in Cicerone persequēdo cōſiliū probaretur tuū. Ergo ad literas tuas, in quibus quod ais Fuluio nihil autoritate tua fuisse opus, idem ille mihi quoq; scripsit, qua ex re duplē cepi uoluptatē, et quod tu ea molestia caruisses (molestū enim tibi scio futurū fuisse) tum in urbē uenire hoc tēpore, tum uerò magis ab institutis studijs tuis abduci: & quod affi-
nes illi

nes illi tui sese fratri suo æquos & faciles præstitissent.
 Veruntamē est quòd tibi gratias nihilominus agā, qui te
 mea causa omnia fuisse facturū, & adhuc esse, si res coget
 ostēdas. Fuluiū ipsum uelim in hac studiosæ uitæ uolūtate
 oratione tua cōfirmes, cōfirmatum & uiatico instructum
 ad nos primo quoq; tēpore remittas. Nam tu quidē, si sa-
 pis, ex istis locis migrabis nunquā, qui eā istic degas uitā,
 præ qua meū mihi iam ingratū sit ocium: de quo tamē uix
 credas, quām ipse me beatū aliquādo existimari. Auīū
 cōcentu è lectulo ad literas mane excitari: à libris circum
 florida prata, circū amœnissimos colles oberrare: ab am-
 bulatione, cōuiuis istiusmodi & sermonibus perfrui. Dum
 calor se frangat, aut in opaca suauiter umbra meridiari,
 aut altiore in loco, leuioribus ballistis et scorpionibus cer-
 tioris dexteræ & obtutus periculum facere. Inde admissis
 equis ad uenandū exire: postea se in bibliothecā abdere,
 ubi lectioni modū nō satietas, sed ratio ipsa statuat. Adij-
 cis ad hæc lautas & magnificas nescio quas coenas, ab ijs
 uero ipsis moliores quasdā alias ambulatiunculas & li-
 teratas collocutiones: postremo suaves & delicatos illos
 somnos. Ne uiuam, ni ista eiusmodi sunt, ut ad ea uel spe-
 ctanda mare transiturus fuerim, siquid usquā talc existere
 suspicatus essem. Quid nunc censes, cum me istò, ad tantæ
 coēundam felicitatis societatem tam liberaliter inuitatum
 uocetis? Noctes, mihi crede, ac dies istuc cogito, uel po-
 tius euolare cupio. Quare fac me circiter Id. Septembr.
 expectes. Adero enim ad eam diem Deo iuuante, nec antè
 ad reliquum peregrinationis obeundū progrediar, quām
 omnem uitæ studiorumq; rationem penitus perspexero,
 id est, ipse me uobiscū aliquot dies in ista agrorum amœ-
 nitate oblectaro. Vale. Patauij.

Christ

C. L. IAC. SADOLETO PONT. S.

His literis quas mihi heri M. Antonius Michaël Venetijs misit, magnū cepi cū officij, tum uero etiā tui de me iudicij fructū. Officij, q̄ te mihi de literarū tuarum silentio tā accurate excusandū putaris: Iudicij, q̄ me tecū uiuere, & tua omnia mihi uolueris patere. Omnino, et si ea mea est fortuna hoc tēpore, ut nihil abs te mihi potuerit deferri gratius, scito tamē egregiam tuā istā erga me uoluntatē, promissorū tuorū exitu mihi multo esse gratiā: nō quo ijs quæ ostēdis opinionē uiceris meā (pollicitus enim mihi sum de te semper omnia quæcunq; ab homine amicissimo & eodem liberalissimo expectanda essent) sed quod literas legens tuas, prolixam istam & beneficam tuam naturam mihi cernere atque planè intueri uiderer. Itaque cum gratias tibi, ut debeo, ago maximas, tum ut isto in me animo in perpetuum esse uelis, te uehementer etiam atq; etiā rogo. Ego enim ne quod unquam memoris à me & grati hominis officiū aduersum te prætermissum esse intelligas, obseruantia, studio, assiduitate, uti spero, perficiā. Nā q̄ aī nullā tibi uideri causam quare Patauiū Vrbis domicilio anteponā: ut ne'ue de isto Vrbis statu afferā: ego uero si tā expeditas uiuēdi rationes haberē q̄ tu, mea nō magnopere interesse arbitrarer, utrobi etatē agerē. Nunc cū & tu rem familiarē ita cōstitutam habcas, ut ubiuis gentium copiosissime te & honorificentissime pro pristinæ tuæ fortunæ splendore, & amplissima ista tua dignitate tueri possis: mea uero ea sit cōditio, ut uel in hac rerū omnīū ubertate & copia, tamen ipse me cū unico affeclā uix sustentem: quid me tandē Romæ facturū putas? Verum quando mihi domum tuam patere uis, hoc est, me istō perducere: non

non cōmittam, ut cōuictu & optatiſſima mihi tua cōſuetu
dine diutius careā. Sed quia res meæ hic ita cōtractæ ſunt,
ut neq; facile neq; ſtatiſ explicari queant, nondū habeo
quid ad te de aduentu meo perſcribā: ſimul atq; me expe-
diero faciam te certiorē. Interim memineris eo me eſſe a-
nimō, ut liberalitate & familiaritate tua aliquando uelim
uti, tum etiā idem à te, quod ſuperioribus literis, hic peto,
ut cum primum facultas erit, aditum mihi ad Pontificem
Maximum tua commendatione pateſieri uelis atq; com-
muniri. Hoc te tam rogo quām quod uehementiſſime. V a=
le. Patauij, ad 111. Calend. Sextil.

C H R. L O N. O C T. G R I M O A L. S.

I Ampridē nihil ſcribis, opinor, propter inanem lātitia
eorū quæ de recepta à Fulgoſijs Genua proxime miſi-
ſti, aut certe quia quod ſcribas noui nihil habeas: niſi forte
utraq; de cauſa etiā nunc taces. At qui erroris illius culpā
uel ego, qui omnia mihi abſ te ſignificari uolebam, uel eo
rum qui falſum illū rumorē diſparit, pertinax impuden-
tia uertuerit. Nam ſi quod mittas nihil habes noui, hoc
uerò iſum mihi erit planè nouū, præſertim in tanto rerū
motu, uel potius tumultu, & bello undiq; ardentibus Gal-
lia, Britannia, nec iſa ſatis pacata Hispania: in quā tamē
Cæſarē noſtrum ex Britannia Non. Quintil. transmisſe
audio. De appulſu eius nihil dum certi nunciatur. Rhodium
uerò maximis terra mariq; Turcarum copijs arctiſſime
circuſideri, cōſtantior hic erat fama, quām uellem. Quod
ſi ita eſt, mirū in tanta rei gerendæ facultate Pannones &
Sauromatas domi ociosos ſedere: aut ſi occaſione utūtur,
nihil de eo illinc ad nos literarū affluere. Tu uelim ad o-
mnia, ſimul & de re noſtra aliq; quām nihil adhuc tin-
niſſe ualde miror. Hieronymū Sauonianū ſi nōdum exiit,
uelim

uelim à me saluere iubeas: itemq; Ant. Marcilium, à quo
 mirificam aliquā de Elephanto in Hetruria literas docen-
 te epistolam diu expectauī. Memini cum à me Mutianus
 ille ter Consul rideretur, quòd sibi Elephantū esse uisum
 memoriæ mandasset, qui literarū ductus Græcarum didi-
 cisset & scriberet. Non uereor, ne si quod uidemus ipsi,
 id à nobis literis mā detur, impudentissimi ab omni poste-
 ritate iudicemur. Quis enim tanta futurus est animi facili-
 tate, cui tam explorata rerum naturæ uis atq; potentia, ut
 tametsi proximū humanis sensibus, & terrestrium anima-
 lium esse elephantē sciat maximum, tamen his tēporibus
 Elephantū quendā extitisse credat, qui cum humana ute-
 retur uoce suauissima, tum uerò etiam omni literarum ge-
 nere perpolitus, atq; optimarū artium cognitione instru-
 etus & ornatus, tota Italia longe haberetur & doctissi-
 mus & eloquentissimus? Porsus res noua est, & mira, &
 inaudita, & quæ apud posteros plus admirationis habi-
 tura sit quàm fidei, nisi Marcilij nostri ingenio ita memo-
 riæ tradatur, ut facta, non ficta esse uideatur. Vides ut o-
 mnia colligam, quo uel te, uel Marcilium ipsum excitem.
 Extra iocum, cessationē tuam iam ferre non possum: supe-
 rioribus diebus eam quoquo modo tuli, quòd te ipsum in-
 dies singulos expectarem, nūc cū ex Theocreni sermone
 aduentum tuum desperarem, hæc tibi qualiacunq; mitten-
 da existimauī. Literas quas Iacobo Sadoleto descriptas
 esse uides, dabis M. Antonio Michaëli Romam perferen-
 das, idq; statim quod ut facias, à te etiam atq; etiam peto.
 Vale. Patauij, ad 111. Calend. Sextil.

CHRI. LONG. RAYNOL. POLO S.

ET si mihi nihil erat optatius quàm Paccæū nostrū pri-
 mo quoq; tēpore uisere, tamen utar literarum tuarum
 consilio

consilio: sed non ex ea parte, quo minus hac profectione
studia interpellentur mea (nullū enim ego literarū studiū
officio atque humanitate duco antiquius) sed ne ipse po-
tius colloctiones uestras aduentu meo interpellem, quæ
quidē sane causa fuit, cur ei tecū obuiam ad fossam Clo-
diam nō prodierim. Videbam enim eiusmodi uestrū fore
cōgressum, cui uel intimi cuiusvis, nedum alieni hominis
interuentus molestus esse posset. Nam quod de illius erga
me benevolentia & amore scribis, est id mihi omnino gra-
tum atq; in primis iucundū, sed in quo nihil ipse fallatur.
Habet enim me cupidiſimū ſui, dignitatisq; ſuæ ſtudioſiſ-
simū, cuius ipsius rei quem ego ei locupletiore ē edam teſtē
quām te, qui q ab eo humaniter in Britānia fuifsem acce-
ptus, de me perſape audisti. quanquam alia ſunt omnino,
quæ mihi hominē nōdū à me uifum, mirifice cōmēdarint.
eruditio, doctrina, & quod in plerisq; omnibus ſtudioſis
hodie deſideres, in geniū ad gerendā rem p. aptiſimū. Nūc
uerò cū ipsum mecū in amore certare ex literis eius tuisq;
perſpexerim, dabo operam ut ne ipsum iſtius inductionis
animi & ad me amandū uoluntatis unquā pœniteat. Sed
hēc malo corā ex me cognoscat. Veniat modo, ſed prope
diem. Nam ſi procrastinatis, ego uerò iſtuc aduolo, neq;
iam ſermonum cōſuetudinisq; uestræ rationem ullam ha-
beo. Scis in qua tu me ſolitudine reliqueris. Adest Flami-
nius, adest Bellinus: tu denique cum toto comitatu. Adest
unus Iacobus, cui mc curæ eſſe uoluiſti, & ſum equidem
ei etiam cordi, ſed non item ille mihi. Nam poſtea quām
rumores aliquos mihi renunciauit, non iam homo, ſed
littus & aēr: noſti cætera. Fac igitur per deum, quod te
facturum oſtendis, ut mature uenias, niſi forte me hofpi-
tem paucis diebus iſtic habere manis. Non enim com-
mittam

mittam, ut cum tam propinquis in locis simus, neq; ego uo
bis fruar, & uos me diu careatis. Leonico nostro decretū
erat cras istò se, salutandi Paccæi gratia conferre. Ego
qui hominem minus adhuc belle habere, nihil dum certe
ad iter faciendum satis confirmatum esse iudicarem: autor
ei magnopere fui, in uiam uti ne se daret hoc tēpore. Me=
tui scilicet ne uel ineuntis autumni uel superioris morbi
grauitate imbecillior, facile offenderet. Hinc meo consilio
cum manus ad extreum ille dedisset, præsertim cum eum
de aduentu uestro ex literis tuis certiorem fecissem, salu=
tem hic tibi à se ascriptam esse uoluit plurimam. Vale.
Ex urbe Patauio, ad x i. Calend. Septemb.

CHRIST. LONG. RAYNOLDO

POLO S.

ET si summis totius corporis doloribus oppressus du=
bia spe uitæ spiritum misere duco, fecit tamē summum
meum & perpetuum de te iudicium, ut hos cruciatus ne=
scio quo modo frangerem, dum supremo hoc literarū mu=
nere ad te perfungor. Nam postridie quām ad te scripsi,
sæuissima me febris arripuit, quæ ita me hoc triduum tor=
sit, ut nihil unquam acerbius in uita sim perpeſſus, scilicet
quasi diuinarem ita futurum, uolui quemadmodū tibi pro=
ficiſcenti ostenderam, ut bibliotheca mea omnis tibi obue=
niret, si quid mihi in ea quam adornabam peregrinatione
accidisset. Verum ut uides, propius erat quām arbitrare=
mur summus ille noster dies. Peto igitur abs te per amici=
tiam nostram, quam ad summum peruenisse existimo, ut
mortuo mihi memoriam, benevolentiamq; quā necessitudo
nostra postulat, humaniter ac pie præstes. Da operam ut
ualeas: & Paccæo meis uerbis salutem impertias pluri=
mam. Vale. Patauij, v i i i. Calend. Septemb.

F PET